
175 JAHRE TEUBNERBÜCHER
LEIPZIG
1811-1986

AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN DER DDR
ZENTRALINSTITUT
FÜR ALTE GESCHICHTE UND ARCHÄOLOGIE

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1986

M. TVLLIVS CICERO

SCRIPTA QVAE MANSERVNT OMNIA

FASC. 22

ORATIO PRO P. SESTIO

EDIDIT

TADEVSZ MASLOWSKI



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT

1986

Bibliotheca
scriptorum Graecorum et Romanorum
Teubneriana
ISSN 0233-1160
Redaktor: Günther Christian Hansen
Redaktor dieses Bandes: Günther Christian Hansen

ISBN 3-322-00268-3

1. Auflage
VLN 294/375/7/86 · LSV 0886
Lektor: Dr. phil. Elisabeth Schuhmann
Printed in the German Democratic Republic
Gesamtherstellung: INTERDRUCK Graphischer Großbetrieb Leipzig,
Betrieb der ausgezeichneten Qualitätsarbeit, III/18/97
Bestell-Nr. 666 304 5
03400

Lidiae Winniczuk
carissimae magistrae

PRAEFATIO

1

Sunt qui dubitent num oratio a Cicerone mense Februario Martiove a. 56 pro P. Sestio apud iudices habita[1]) eadem forma pronuntiata sit qua postea in publicum emissa. quae quidem opinio minime est vana, si modo nobiscum reputemus quam rationem Tullius in orationibus edendis secutus sit. etenim constat multa a Cicerone in editione vel minuta esse omittendo vel novata mutando vel aucta addendo.[2]) itaque haud spernenda mihi videntur quae Th. Opperskalski, vir inter paucos sagacissimus, in dissertatione optimae frugis plena protulit[3]), qui cum in aliis orationibus tum in Sestiana aliquot partes quae in dicta oratione defuissent deprehendit. haec autem sunt 31, 35–54, 55 verba *sed ut a mea causa iam recedam*, 103–142. cui viro equidem ita accedo ut, cum in universum summa hisce in rebus putem opus esse cautione[4]), haec omnia si in oratione omitterentur futurum fuisse ut cetera artissime inter se cohaererent neque ulla iam exstaret conturbatio vel offensio non negem. ulterius progredi neque audeo nec volo, et id pro certo affirmare possum, quod quidem caput est, ob illam suspicionem nihil prorsus susceptae a me editioni evenire difficultatis, quod certe aliter se haberet si ullum alterius recensionis vestigium ex antiquis temporibus ad nostram aetatem perveniret.

Sestiana saepe apud veteres grammaticos, interpretes, scriptores commemoratur ut eorum indiciis motus eam per orbem litteratum satis notam celebratamque fuisse statuam. etenim iam Tiberio imperatore quaedam ex ea in *factorum ac dictorum memorabilium* libris imitando expressit

1) Ad Q. fr. 2, 4, 1 *Sestius noster absolutus est a. d. II Id. Mart.*; 2, 3, 5 *a. d. IIII Id. Febr. Sestius ab indice Cn. Nerio Pupinia de ambitu est postulatus et eodem die a quodam M. Tullio de vi.*

2) Cf. Att. 1, 13, 5; 2, 1, 3; 13, 44, 3. ad Q. fr. 3, 1, 11. Tusc. disp. 4, 55.

3) Th. Opperskalski, De M. Tulli Ciceronis orationum retractatione quaestiones selectae, Diss. Gryphiae 1914, 55–66; cf. etiam E. Norden, Aus Ciceros Werkstatt, Sitzungsb. d. Berliner Ak. 1913, 30 (repetitum in Kleine Schriften, Berlin 1966, 162), M. Schanz – C. Hosius, Geschichte der römischen Literatur I, München [4]1927, 430.

4) Cf. W. Stroh, Taxis und Taktik, Stuttgart 1975, 49–54; K. Kumaniecki, Literatura rzymska, Warszawa 1977, 252.

Valerius Maximus (v. ad 58 et 101). fortasse ad Domitiani imperium redit particula illa quae in *catholicon* libro adfertur (v. ad 19), si quidem is liber vel potius ea pars in qua invenitur ad auctoritatem M. Valeri Probi grammatici referenda.[1]) Hadriani fere temporibus L. Caesellius Vindex orthographa[2]), cuius ex *stromateo* sive *lectionibus antiquis* aliqua mutuatus est A. Gellius, non nulla ex ea excerpsisse videtur (v. ad 28). haud multo post sub M. Aurelio Caesare in lucem prodiisse videntur commentationes illae Gelli q. i. *noctes Atticae*, ubi etiam Sestiana nostra memoratu digna visa est (v. ad 58). plurima tamen id genus testimonia ad quartum saeculum spectare, quo grammaticarum similiumque rerum studia apud homines maxime viguerint, non est quod miremur. ad hanc igitur aetatem pertinere videntur *scholia Bobiensia* quae dicuntur[3]) in codice rescripto olim Bobiensi servata, cuius in parte Vaticana (cod. Vat. lat. 5750) commentarius in plus centum locos orationis Sestianae conscriptus paene integer legitur, nempe XXXVI paginae et una columna.[4]) quanti hic codex ad textum ipsum constituendum sit preti cum nostrae tum priorum editionum permultae paginae praedicant. nec tamen alii grammatici qui id fere temporis floruerunt silentio nobis praetereundi. compluribus enim locis servatur Sestiana et in Arusiani Messi *exemplis elocutionum*[5]) (v. ad 30, 41, 97, 142) et in Servi, nobilissimi Vergili interpretis, commentariis[6]) (v. ad 18, 72, 77, 82) et uno loco, cuius tamen anceps causa est, qui ad plures Ciceronis orationes referri possit, in Charisi *arte grammatica*[7]) (v. ad 34). huc etiam referendus Ambrosius[8]), episcopus Mediolanensis, cuius in *expositione evangelii secundum Lucam* duo saltem loci Sestiana resonant (v. ad 21 et 102). nam Macrobius[9]) paulo illis posterior, Honorio imperante clarus Ciceronis interpres, qui Scipionis somnium in extremo *de re publica* libro a Tullio compositum duobus voluminibus inlustravit, ad quintum

---

1) Grammatici Latini 4: Probi Donati Servii qui feruntur De arte grammatica libri, ed. H. Keil, Lipsiae 1864, XXVI. ea quae hodie in *catholicis* breviter scripta indicataque inveniantur olim a Probo uberius tractata fuisse putat Keil. cf. etiam Schanz – Hosius, Gesch. d. röm. Lit. VIII 2, München 1935, 738.

2) Cf. M. Schanz – C. Hosius – G. Krüger, Gesch. d. röm. Lit. VIII 3, München 1922, 154–156.

3) Cf. Schanz – Hosius, Gesch. d. röm. Lit. VIII 1, München [4]1927, 448–450.

4) Scholia in Ciceronis orationes Bobiensia, ed. P. Hildebrandt, Lipsiae 1907, V–XLIV. cf. R. Seider, Beiträge zur Geschichte und Paläographie der antiken Cicerohandschriften, Bibliothek und Wissenschaft 13, 1979, 106 et 120–122.

5) Grammatici Latini 7: Scriptores de orthographia, ed. H. Keil, Lipsiae 1880; cf. Schanz, Gesch. d. röm. Lit. VIII 4. 1, München [2]1914, 183–184.

6) Cf. Schanz, Gesch. d. röm. Lit. VIII 4. 1, 172–177.

7) Grammatici Latini 1: Flavii Sosipatri Charisii Artis grammaticae libri V al., ed. H. Keil, Lipsiae 1857; cf. Schanz, Gesch. d. röm. Lit. VIII 4. 1, 165–169.

8) Cf. Schanz, Gesch. d. röm. Lit. VIII 4. 1, 315; in primis 337–338.

9) Grammatici Latini 5: Artium scriptores minores, ed. H. Keil, Lipsiae 1868; cf. Schanz – Hosius – Krüger, Gesch. d. röm. Lit. VIII 4. 2, 195–196.

iam saeculum spectat; idem in opere grammatico q. i. *de differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi* Sestianae quoque satis probe meminit (v. ad 7). plura autem, eaque accuratiora saeculo sexto refert Priscianus Caesariensis, doctor ille urbis Constantinopolitanae, in *institutionum grammaticarum* libris (v. ad 29, 45, 72, 82). denique iam saeculo septimo neque Isidorus Hispalensis[1]) caruit notitia Sestianae, cui in *etymologiarum* sive *originum* libris innuit (v. ad 77), nec scriptor[2]) libelli *de dubiis nominibus* (v. ad 82), qui post Isidori aetatem vixit.

Hi igitur scriptores omnes ut ad mediam fere aetatem duravisse apud homines litteratos Sestianae memoriam testantur, ita quanta emendationum seges ex locis ab illis citatis proveniat apparatus meus orationi subiectus demonstrat. cave tamen ne eorum auctoritatem pluris iusto aestimes. parum enim exploratum habemus num ei qui post Hadriani aetatem floruerunt excepto scholiasta Bobiensi, ne ipso quidem omni suspicione immuni[3]), omnino Ciceronis membranas adierint ac non potius ex antiquiore eruditione exempla sua traxerint.

Atque integra Sestiana medii aevi libris manu scriptis ad nos propagata est, de quibus cum iam antea saepius disputaverim[4]), hic non nisi summam rei proferre mihi placet paucis quae ad eam solam pertineant additis, paucis in quibus peccaverim correctis. separatim autem de fatis quae oratio nostra post renatas in Italia litteras experta est agendum, quam textus traditionis partem me in orationibus iam editis, quae cum Sestiana arte coniunctae sint, paene totam neglexisse vehementer doleo. quod quidem damnum quamvis hac de Sestiana tractatione aliqua ex parte resarciri possit, tamen memento nos in ea sola versari, ceteras orationes non nisi in transcursu attingere.

Ut igitur saeculorum seriem sequamur, Sestiana una ex decem illis orationibus est quae iam antiquis temporibus uno volumine comprehensae a Ciceronis studiosis lectitatae videantur. itaque antiquissimum huiusce modi libri exemplar A, quo praeter Ps. Ciceronis *antequam iret in exsilium* (= *pridie*), Ciceronis *cum senatui gratias egit* (= *sen.*), *cum populo gratias egit* (= *pop.*), *de domo sua*, *pro P. Sestio*, *in P. Vatinium* **A**

1) Cf. M. Manitius, Gesch. d. lat. Lit. des Mittelalters 1, München 1911, 52.
2) Grammatici Latini 5, ed. Keil. cf. Schanz – Hosius – Krüger, Gesch. d. röm. Lit. VIII 3, 163.
3) P. Hildebrandt, de scholiis Ciceronis Bobiensibus, Diss. Gottingae 1894, 39 et 49. at v. B. Schilling, Zu den Bobienser Cicero-Scholien, Jahrb. f. class. Philol. 151, 1895, 129–132.
4) V. M. T. Ciceronis Scripta quae manserunt omnia, fasc. 21: Orationes post reditum (*sen.*, *pop.*, *dom.*, *har. resp.*), ed. T. Maslowski, Lipsiae 1981, V–XIII; T. Maslowski – R. H. Rouse, The Manuscript Tradition of Cicero's post-Exile Orations: Part I: The Medieval History, Philol. 128, 1984, 62–104; R. H. Rouse in Texts and Transmission, ed. L. D. Reynolds, Oxford 1983, 57–61.

testem, de provinciis consularibus, de haruspicum responsis, pro L. Cornelio Balbo, pro M. Caelio continerentur, cum e tenebris diuturnis media tandem aetate in lucem emersisset, sylloga illa orationum saepius ex eo descripta per partes Europae eruditiores circumferebatur. ita fit ut, cum lectionem libri **A** per omnes orationes ex eisdem fere codicibus notam habeamus[1]), quae de unius earum fundamento critico disputantur, eadem omnia ad ceteras transferri possint.

Dico igitur, id quod antea saepius, scripturam archetypi **A** per triplicem codicum stirpem ad nos profluxisse. fidelissimam eius imaginem repraesentare videtur primae stirpis notabilis ille et spectatus cod. **P** Parisinus lat. 7794 (**P**) qui non nisi decem illas orationes eo quem supra **A** tribui ordine dispositas complectitur. **P**, liber membranaceus, duabus columnis tricenum senum vel octonum versuum (in Sestiana saltem) a pluribus librariis Turonensibus medio saec. IX litteris minusculis caro- **P¹** linis est scriptus, ubi f. 26–44 *pro P. Sestio* legitur. manui **P¹** corrigendae vel supplendae, sicut res postulabat, duo correctores longo temporum **P²** intervallo disiuncti operam dederunt, quorum alter **P²** propter scriptu- **P³** rae similitudinem librari **P¹** aequalis esse videtur, de altero **P³** nunc demum aliquid certi affirmari potest. nam, ut alia quae ad fata huius libri pertineant omittam, in summo folio 32ᵛ hae litterae nunc paene detersae oculos nostros in se vertunt: *A frere Joachim Perion estudiant a Montagu a Paris en crestiente.* ut igitur antea ea adnotatione commotus I. Perionium (1497/98–1557/59) monachum monasteri Cormeriacensis prope Turones siti cod. Paris. 7794 Parisios in collegium Montis Acuti pertulisse statui[2]), ita nunc[3]) eundem virum si praeterea correctoris munere functum esse coniciam, quid obstat quin concedas? accedit quod et ipse fons unde correctiones **P³** fluxerint nunc tandem adiri potest. ita enim cum lectione quam ed. Aldina a. 1519 ab A. Naugerio curata (*Naug.*¹) exhibet congruunt ut eas vel ex ea ipsa vel ex eius repetitione ductas esse pro certo habeam. sequitur igitur ut non prius **P³** recte aestimari possit quam huius editionis ratio accuratius cognoscetur, qua de re infra disputabo.

B Ex codicis **P** adseclis unum hic commemoro cod. Bernensem 136 (**B**) medio saec. XII exaratum, quem eius apographum esse iam dudum constat.[4]) huius ope, utpote qui ex **P** post correcturas a **P²** inlatas descriptus sit, adiuvante *Naug.*¹ facile recentior illa manus **P³** multo post **B** confectum in **P** invecta a **P²** seiungi potest.

Primus codicem **P** inspexisse videtur B. N. Krarup, qui scripturis ex eo neglegen-

1) In *sen.* et *Cael.* ad codices ex **A** derivatos accedunt testes qui aliunde originem ducunt, quos tamen hic producere nihil attinet.

2) Cf. Cicero, Scripta 21, ed. Maslowski, VII.

3) Cf. Maslowski – Rouse, The Manuscript Tradition, 62.

4) C. Halm, Interpolationen in Ciceronischen Reden aus dem codex Parisinus Nro. 7794 nachgewiesen, Rhein. Mus. 9, 1854, 321–322.

tissime enotatis utendi potestatem obtulit I. N. Madvigio.[1]) fidelissimam omnium a C. Halmio institutam collationem praebet ed. Turicensis a. 1856.[2]) codicem post Halmium denuo excusserunt G. Peterson[3]) et J. Cousin[4]), quorum alter pro editionis suae ratione parum iustam, alter ex suo more parum accuratam collationem in apparatum receperunt. dolendum quod Alfredo Klotz, viro omnium sagacissimo, libri **P** copia iniquitate temporum non est facta.[5]) equidem id potius praestare conatus sum, ne amplius in secernendis correctoribus P^2 et P^3 trepidaretur, quam ut Halmio, id quod difficile factu erat, in minutiis dispiciendis oculatior exstitisse viderer. plura si quis de **P** cognoscere voluerit, adeat disputatiunculas in adn. 4 supra p. VII memoratas.

Excerpta haud pauca cum ex reliquis his orationibus tum ex Sestiana delecta continet *florilegium Gallicum* (*FG*)[6]) medio saec. XII Aureliani compactum.[7]) de quo ea tantum hic dicam quae erroris tollendi causa dicenda erunt. nam quod antea alienam sententiam secutus statui[8]) *FG* ex cod. Leidensi Voss. lat. f. 67 (**L**), de quo infra disputabo, derivatum esse, id nunc stare non potest. nec in alia parte huius quaestiunculae omnia mihi ad liquidum perducere contigit. nam spes quam olim conceperam, fore ut codicibus primariis[9]) adhibitis origo *FG* accuratius definiretur, ea ad irritum paene redacta est, cum praeter satis certa indicia *FG* ex **P** ipso non fluxisse[10]) non nisi unum cum **P** errorem communem deprehenderim, *Vat.* 9 *non sane est* A. Kl. : *non est sane est* **G** : *non est sane* (*san** **P**) **P** *FG*. hoc uno loco nisus adiuvantibus aliis quibusdam argumentis ne nunc quidem nego *FG* ex codice aliquo qui sua via a fonte libri **P** descenderit confectum esse, nisi quod eum ignotum aliquem, non **L** fuisse pro certo habeo. ceterum scito me coniecturam facere, non folium Sibyllae recitare.

FG

Flosculos ex Sestiana praebet *FG* sex: ¶ *Si quid . . . perferamus* : 14 *si qui fecerunt . . . perferemus* codd. ¶ *Multorum animus . . . non possit* : 22 *etenim animus eius . . . non possit* codd. ¶ *Quis unquam tam crudelis . . . supplicare* : 32 *quis unquam*

1) J. N. Madvig, Opuscula academica 1, Hauniae 1834, 375.
2) M. T. Ciceronis Opera quae supersunt omnia 2.2, ed. J. C. Orelli, J. G. Baiter, C. Halm, Turici 1856.
3) M. T. Ciceronis Orationes: Cum sen. gr. egit, Cum pop. gr. egit, De domo sua, De har. resp., Pro Sestio al., ed. G. Peterson, Oxonii 1911.
4) Cicéron, Discours 14: Pour Sestius, Contre Vatinius, ed. J. Cousin, Paris 1965.
5) V. M. T. Ciceronis Scripta quae manserunt omnia 7: cum sen. gr. egit, cum pop. gr. egit, de domo sua, de har. resp., pro Sestio al., ed. A. Klotz, Lipsiae 1919, IV.
6) Cf. A. Gagnér, Florilegium Gallicum, Lund 1936; J. Hammacher, Florilegium Gallicum, Frankfurt 1975, 27–38; R. J. Burton, Classical Authors in the Florilegium Gallicum and Related Manuscripts, Diss. Univ. of Toronto 1981.
7) R. H. Rouse, Florilegia and Latin Classical Authors in Twelfth- and Thirteenth-Century Orléans, Viator 10, 1979, 137.
8) Cicero, Scripta 21, ed. Maslowski, VII–VIII.
9) Qui sunt: Paris. 17903, s. XIII^1, Dertusiensis 80, s. $XIII^{med.}$, Paris. 7647, s. $XII^{ex.}$, Paris. bibl. Armamentari 711, s. $XII^{ex.}$, Escorial. Q. I. 14, s. $XIII^{med.}$, Paris. 8089, s. XV.
10) Maslowski – Rouse, The Manuscript Tradition, 79–88.

tam crudelis . . . supplicare codd. ¶ *In maximo . . . deflagrare* : 99 *etenim in tanto . . . deflagrare* codd. ¶ *Si qui voluptatibus . . . dimicandum* : 138 – 139 *nam si qui voluptatibus . . . dimicandum* codd. ¶ *Consulamus . . . feramus* : 143 *consulamus . . . feramus* codd.

Sed nihil boni ex his aufert oratio. praeterea ipsa fragmenta, quippe quae, ut mos florilegiorum est, verba Ciceronis mutata interpolata, imminuta aucta praebeant, prae textu tradito adeo sordent ut in apparatu critico prorsus neglegenda duxerim neque ullam eorum rationem infra habere necessarium putaverim. solum 14 p. 11, 1 locum profero ubi quod pro *insectantur*, in quo haud pauci editores offendunt, *ad insectandum* scripsit excerptor, mentione mihi dignum videtur.

y De secundae stirpis codicibus paulo implicatior est in Sestiana quam in ceteris syllogae nostrae orationibus disputatio. ea enim codicum familia uno teste E iam diu amisso tenuior facta non ita altero L nunc primum huic orationi adhibito aucta est ut vetus illud damnum omni ex parte expleri potuerit. ita fit ut auxilium a recentioribus libris petendum nobis sit. praeterea cum L et y sua uterque via ex communi fonte derivati videantur, in siglo ipso huic stirpi imponendo dubius haerebam. retinui tamen tralaticium y communi illo Ly fonte anonymo relicto, sic quidem commodius lectori futurum esse ratus, praesertim cum nihil certi ex accessu libri L utpote fragmenti de illo fonte colligi possit.

L Novus igitur ille testis in cod. Leidensi Voss. lat. f. 67 sedem nactus in Bibl. Universitatis Leidensis hodie adservatur.[1]) qui liber ex quinque diversis membranarum fasciculis in unum compactus parte I, i. e. f. 1 – 2ᵛ, bifolium L ex codice aliquo nunc deperdito servatum continet, ubi decem fere Sestianae paragraphi, 88 p. 48, 15 – 99 p. 53, 20 *oppug]nare itineribus . . . magna multitudo* leguntur.[2]) L codex membranaceus est binis columnis vicenum quinum versuum litteratura minuscula carolina medio

L^1 L^2 L^3 saec. IX scriptus. peccata librari L^1, quae haud pauca inveniuntur, correxerunt duae manus correctrices, quarum altera L^2 ipsius codicis L^1 aequalis est, altera L^3 nescio an ad I. Vossi tempora referenda sit. utut est, correctoris L^3 nec infra nec in adnotatione critica ratio habetur. licet enim multa et in ipso verborum ordine et inter lineas mutaverit, multas varias lectiones in margine adiecerit aut omissa suppleverit, haec omnia nullius prorsus preti esse utpote ex editione quadam vetere Hervagianae a. 1534 consimili ducta alibi edocui.[3]) inde apparet inter L^2 et L^3 eandem fere rationem intercedere atque inter P^2 et P^3. quod si L^3 neglecto plura

1) K. A. de Meyier, Codices Vossiani Latini 1.1, Leiden 1973, 130 – 134.
2) Aliquot lectiones ex L excerptae inveniuntur apud J. Bake, Scholica hypomnemata 1, Lugduni Batavorum 1837, 191; nuperrime mentionem eius fecit B. M. Olsen, L'études des auteurs classiques latins aux XIᵉ et XIIᵉ siècles 1, Paris 1982, 198.
3) Maslowski – Rouse, The Manuscript Tradition, 75 – 79; in primis 78 – 79.

de P^3 infra exquirere operae pretium mihi visum est, id editorum culpa factum qua P^2 et P^3 saepe inter se confunduntur.

Maioris autem momenti sunt quae de codicis L patria protulit Bischoff.[1]) quod enim vir ille d. L ex Gallia ex locis Ligerim flumen attingentibus originem duxisse docet, id etiam ad universae y stirpis fata ab ultimo initio repetenda pertinere videtur. nam quae de ea adhuc nota habuimus, paene omnia ad exemplar aliquod Leodi, Belgarum in urbe, olim servatum, unde varios per ramos descenderunt ei qui hodie exstant codices y generis, spectabant. cuius rei testimonio sunt cod. Bruxellensis 5345, olim Gemblacensis (G) ante medium saec. XI in usum Olberti, abbatis monasteri Gemblacensis (1012–1048) exaratus[2]) et cod. Berolinensis lat. fol. 252, olim Erfurtensis (E) opera Wibaldi, primum abbatis monasteri Stabulensis (1130–1158), deinde et huius et Corbeiensis (1146–1158) Corbeiae in Germania compactus.[3]) his duobus viris, alteri Gemblaci circumque ea loca, alteri Stabuli atque in ea vicinitate versatis, nisi Leodio ex bibliotheca quadam unde codicis y descripti copia facta sit intellegi non potest. accedit quod y generis libri adeo erroribus ex perperam accepta scriptura insulari ortis referti sunt ut omnes ad communem fontem eam scripturam exhibentem necessario referendi esse videantur. quae quidem omnia quam maxime in coloniam Hibernorum Leodi constitutam cadunt, cuius rei memoria posteris a Sedulio Scotto tradita.[4]) hic etiam ratio spuriae *pridie* orationis in cod. Laur. S. Crucis 23. 3, s. XIV$^{ex.}$, servatae habenda, quae una cum oratione *pro Archia* habita ab F. Petrarca anno 1333 Leodi veterum librorum causa commorante inventa dicitur.[5]) quam cum examinassem, codicem S. Crucis persimilem cod. Bernensi 395, s. XIII$^{ex.}$, duobusque fratribus cod. Rothomagensi 1040, s. XII$^{ex.}$, et cod. Oxoniensi Bodleiano lat. class. E 48, s. XIII, textum habere eumque ultimo gradu ex y deductum statim apparuit.[6]) hic igitur, cum nihil iam obstabat quin universae familiae patrem Leodi domicilium habuisse statueremus, exstitit bifolium illud Leidense L quod altius memoriae y repetendae ansam nobis dedit. L enim clara voce declarat y textum eodem fere loco quo P in lucem prodiisse,

G E

1) V. de Meyier, Codices Vossiani 1.1, 130.
2) Cf. A. Boutemy, Un grand abbé du XIe siècle: Olbert de Gembloux, Annales de la société archéologique de Namur 41, 1934, 43–85.
3) W. Wattenbach, Das Schriftwesen in Mittelalter, Leipzig ^{3}1896, 541–542; L. F. Hesse, Serapeum 27, 1866, 49–59. 65–76. 81–89. 97–107; M. T. Ciceronis Epistularum libri sedecim, ed. L. Mendelssohn, Lipsiae 1893, XI adn. 1; P. Lehmann, Erforschung des Mittelalters 5, Stuttgart 1962, 131.
4) E. Dümmler, Briefe und Verse des neunten Jahrhunderts, Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde 13, 1888, 360–363.
5) M. T. Ciceronis Orationes: Pro Tullio, Pro Fonteio, Pro Sulla al., ed. A. C. Clark, Oxonii 1916, IV–VII.
6) Maslowski – Rouse, The Manuscript Tradition, 97–100.

quem fortasse eo tempore quo natio Hibernorum „quibus consuetudo peregrinandi iam fere in naturam conversa est“[1]) Italiam, Galliam, Helvetiam, Germaniam peragraret, ad partes Europae occidentales migrasse Leodique domum sedemque sibi delegisse.

Quod autem ad A ipsum restituendum attinet, principem inter y generis codices locum obtinet cod. Bruxellensis 5345 (G) membranaceus tricenum ternum versuum columnis scriptus, ubi Sestiana f. 46–68 *M. Tullii Ciceronis pro Sestio incipit* inscripta inest. praeter manum primam G^1 obvia est manus secunda G^2 ipsius librari fere aequalis.

G

G^1 G^2

Primus codicem diligentissime contulit J. G. Baiter, cuius copiis usus est C. Halm in editione Turicensi[2]), eademque accuratione postea negotium in editione Teubneriana concinnanda prosecutus est A. Klotz[3]); nimium parce in eo adferendo se gessit G. Peterson neque omnino dici potest utrum codicem ipsum inspexerit necne[4]), male J. Cousin.[5])

Quod membranarum iactura factum est ut codicis Berolinensis fol. 252 (E) ope in Sestiana recensenda hodie destituti sumus dolendum quidem sed non adeo ut eo nos carere non posse statuamus. sit enim optimus hic liber in aliis Ciceronis operibus, quae permulta complexus est, in nostris certe orationibus fere semper codici G, cuius est frater, posthabendus.[6]) accedit quod aliquot lectiones e parte deperdita praebent collationes a I. Gulielmo Lubecensi (1555–1584)[7]) et I. Zinzerlingo[8]) confectae, quarum illam in usum editionis suae a I. Grutero[9]) conversam vidi, huius inspiciendi facultas mihi non est data. ne multus sim, pro codice Berolinensi magno cum fructu substitui Vaticano-Palatinum 1525 (V), a quo auxilium ob eandem causam in *pop.* et *dom.* edendis antea petivi. V codex chartaceus est binis columnis quinquagenum fere octonum versuum a. 1467 Heidelbergae exaratus ubi f. 268–286^v *Marci Tulii Ciceronis pro Sestio apud iudices* continetur.

E

V

H

Tertiae stirpis est cod. Harleianus 4927 (H) qui ex eadem regione qua

1) V. Vita S. Galli, ed. I. von Arx, Monumenta Germaniae Historica 2, 1829, 1–34. cito ex *vita* 2, 47.

2) Cicero, Opera omnia 2.2, ed. Orelli–Baiter–Halm, 928.

3) Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, V.

4) Cicero, Orationes, ed. Peterson, VIII–IX.

5) Cicéron, Discours 14, ed. Cousin, 96.

6) Cf. Cicero, Scripta 21, ed. Maslowski, XXI.

7) Gulielmum in codicibus enotandis usum esse exemplari Lambiniano (M. T. Ciceronis Opera omnia, ed. D. Lambinus apud P. Santandreanum, Lugduni 1577–1578) hodie in Bibl. Univ. Leid. adservato sigloque 762. B. 9/10 instructo docet P. L. Schmidt, Die Überlieferung von Ciceros Schrift De legibus, München 1974, 218–223. de Gulielmi vita consulendus J. H. von Seelen, de Iani Gulielmi Lubecensis, philologi et poetae celeberrimi, eximiis in litteras humaniores meritis disputatio, Miscellanea 1, Lubecae 1734, 167.

8) J. Zinzerling, Criticorum iuvenilium promulsis, Lugduni Batavorum 1610.

9) M. T. Ciceronis Opera omnia quae exstant, ed. I. Gruter, Hamburgi 1618.

cod. Parisinus 7794 (**P**) originem duxisse videtur.[1]) quem collegi societatis Jesu ad Aginnum prope Garumnam flumen siti postea fuisse nota *Collegii Aginen. Soc. Jesu Cat. Insc.* in foli 1 margine inferiore similisque nota in eiusdem foli margine superiore adpictae ostendunt. ceterum codex membranaceus est binis columnis tricenum ternum versuum littera gothica saec. XII exeunte exaratus. foliis 89v–99v *M. Tullius pro P. Sestio* legitur. paulo post ipsum librarium **H**[1] collega quidam **H**[2] librum hic illic emendavit, cuius tamen correctiones in Sestiana saltem admodum rarae ac prope nullae reperiuntur. **H**[1] **H**[2]

Post Gulielmum Peterson, qui paucas **H** lectiones in apparatu critico enotavit, idque parum diligenter[2]), solus P. Cousin Sestianam denuo contulit, qui tamen ita quae adtulit turbavit[3]) ut omnia oblivioni prorsus tradenda sint. omnium quos adhuc commemoravi codicum libri **H** auctoritas saepissime in controversiam trahitur, quod quibus de causis fieri soleat ex inferius disputatis elucebit.[4])

Aliter res se apud Italos habuit de quibus nunc uberius nobis agendum. haec enim quae modo dixi dum in parte Europae septentrionali fiunt, homines Itali in aliis plerumque studiis occupati sunt. cum vero bonarum litterarum philologiaeque studia in Italia renata essent, accidit ut his orationibus, quippe quae nescio quo pacto periissent, destituti sint nec usquam eas adire potuerint nisi apud exteros. itaque in hac praefationis parte primum quaerendum cuius generis codicibus peregre conquisitis orationes nostrae iure postlimini in Italiam redierint. ita simul apparebit quibus fundamentis editiones principes quaeque ex his expressae deinceps secutae sunt omnes necessario nisae sint.

Quod quidem ad Sestianam attinet, tria omnino apud Italos codicum genera distingui possunt, unum eorum qui textum **H** exhibent, alterum qui yN, tertium qui **H** + yN mixtum.[5]) haec cum in universum facile definiri possint, de unius cuiusque generis origine et fonte paulo difficilior est quaestio.

Quod in primis ad cod. Harleianum 4927 (**H**) pertinet, quem in manus Petrarchae venisse paene certum est, num ipse in Italiam pervenisset sub iudice lis. **H** Petrarchae factum esse, cum Arpinatis cultor atque sospi- **H**

---

1) Cicero, Scripta 21, ed. Maslowski, X.
2) V. T. Maslowski, Cicero's *Pro Sestio* in London, British Library, Ms Harley 4927, Classical Texts and their Traditions, ed. D. F. Bright – E. S. Ramage, Chico Calif. 1984, 155 adn. 3.
3) V. Maslowski, Cicero's *Pro Sestio*, 155 adn. 5; 156 adn. 6 et 7.
4) Cf. T. Maslowski, Some Remarks on London, British Library, Ms Harley 4927, Rhein. Mus. 125, 1982, 141–161; idem, Cicero's *Pro Sestio*, 155–178.
5) De his rebus iam antea egi (v. Maslowski, Cicero's *Pro Sestio*, 159–162), nec ita tamen ut non in errorem inciderim, quod in primis ad cod. Med. Laur. 48. 25 pertinet, cui quod nescio quo iure principem inter codices Italicos locum concessi, id inconsulte feci.

tator adulescens in Gallia meridionali vitam degeret, coniectura admodum probabili ex adnotationibus ipsius ut videtur manu in codicis marginibus appositis ducta concluserunt E. Pellegrin et G. Billanovich.[1]) quae quidem adnotationes in Sestiana sunt hae:

f. 93 (ad 47) *Nota: de anima post discessum a corpore*; f. 95 (ad 90) ***hic incipit defensio Milonis***; f. 96^{v} (ad 96) *que sit optimatium notio* et paulo infra ***differentia inter populares cives et optimates***; f. 98 (ad 135) ***que sit medicina rei publicae Nota.***

Idem praeterea eis firmatur quae de Ciceronis orationum sylloga a Petrarcha condita nuper protulit virgo d. S. Rizzo.[2]) is enim cum iam magnam orationum copiam conlegisset, quas habuit omnes in duo volumina coegisse videtur, quorum unum saltem *pop.*, *sen.*, Ps. Cic. *pridie*, *Sest.*, *dom.*, *Cael.*, *Balb.*, *Vat.*, *har. resp.*, *prov. cons.* complecteretur, h. e. easdem orationes quas **H** continet nisi quod diverso ordine. nam ea quae in **H** leguntur ita se excipiunt:

f. 1 *Catil.*, f. 18 Ps. Cic. *in Sall.*, f. 20^{v} Ps. Sall. *in Tull.*, f. 21 Ps. Cic. *pridie*, f. 24^{v} *sen.*, f. 29^{v} *pop.*, f. 31^{v} *dom.*, f. 50 *parad.*, f. 55^{v} *Vat.*, f. 58^{v} *Cael.*, f. 67 *Balb.*, f. 74^{v} *har. resp.*, f. 83^{v} *prov. cons.*, f. 89^{v} *Sest.*, f. 99^{v} – 110^{v} *Caesarianae*, f. 110^{v} *am.*, f. 120^{v} *senect.* (ex quo dialogo nihil nisi priora duo verba *O tite* in calce paginae, non in columna adscripta exstant).

Ad illud igitur Petrarchae exemplar cum alii tum hi codices Italici redire videntur: omnes vetustate superat cod. Neap. IV. B. 8, s.XIV$^{\text{med.}}$, cuius notitiam insigni liberalitati viri d. M. D. Reeve debeo[3]); inter temporis nota instructos vetustissimus est cod. Vat. Palat. 1478 qui f. 161 hanc subscriptionem exhibet: *Sicco Polentonus Patavinus hoc opus scribi Padue anno 1413 ad usum eius et posterorum*; ad hunc proxime accedit item anni nota adornatus cod. *Med. Laur. 53. 12, a. 1415 Venetiis scriptus. praeterea inspice hos: Escorial. T. II. 4; Bibl. Nat. Conv. soppr. I IV 4; Estensem lat. 442 (olim α S 4 19); Vat. Barb. lat. 142; Vat. Palat. 1476; Vicentinum Bibl. Bertolianae 2. 9. 4 (514) et 3. 9. 15 (363), quos omnes contaminatione neglecta lectionem **H** praebere spondeo.

Cave autem ne ex his quae modo dixi colligas codicem **H** ipsum in Italiam perlatum. monet me per litteras E. Ornato, vir in hoc genere peritissimus, id quod iam anno 1979 cum congressu I. A. N. L. S. Bononiensi communicavit, quodque prope diem in eiusdem congressus operum volumine publici iuris fiet, esse quae magnam de codicis **H** in Italiam adventu dubitationem moveant. res enim eo potius spectat ut **H** in Gallia remansisse credamus. sed vide quae vir d. argumenta protulit.

---

1) E. Pellegrin – G. Billanovich, Un manuscrit de Cicéron annoté par Pétrarque au British Museum, Scriptorium 8, 1954, 115 – 117.

2) S. Rizzo, La traduzione manoscritta della *Pro Cluentio* di Cicerone, Roma 1979, 33.

3) Neap. IV. B. 8 non nisi *pop.*, *dom.*, *Cael.*, *Balb.*, *Vat.*, *har. resp.*, *prov. cons.* continet. codices ab M. D. Reeve mihi indicatos asterisco adorno.

Ac primum quidem iure mireris quid sit quod, si **H** ipse in Italia circumferebatur, nullus, quod sciamus[1]), inter Italicos codex inveniatur qui orationum libri **H** ordinem tueatur, nedum qui quae **H** amplectitur scripta ad unum omnia, eaque sola, fideliter reddat. contra tres saltem libri Gallia oriundi suaque quisque manu Gallica exarati inveniuntur qui **H** presse sequuntur. unus est cod. Leidensis Voss. lat. Q. 128, s. XV$^{in.}$, in quo id maximum pondus habere videtur quod Nicolai de Clemangiis (1360–1437) fuit[2]), alter cod. Parisinus nouv. acq. 3132, s. XV$^{in.}$, in quo non nisi Ps. Sall. *in Tull.* et Ps. Cic. *in Sall.* post Caesarianas transpositis idem orationum ordo atque in **H** servatur[3]), tertius anno 1940 igni absumptus, cuius tamen praeter aliquot imagines accurata descriptio in Instituto „de Recherche et d'Histoire des Textes" adservatur, est cod. Lovaniensis Bibl. Univ. 107, s. XV$^{in.}$, qui post ea quae **H** continet eodem ordine disposita etiam *senect.*, *Phil.*, *de orat.*, *orat.* exhibuisse dicitur.

Huc accedit testimonium bibliothecae a Petro de Luna (Benedicto XIII) in castro Peniscolae constitutae. illuc non solum maximam illam librorum copiam quibus Avenione aedes pontificiae erant instructae inter annos 1407/8–1410 paulatim esse translatam, verum etiam multos codices ex Gallia arcessitos additos esse constat.[4]) atque index librorum Peniscolensis anno 1411 paulo posterior[5]) codicem numero 829 insignitum laudat[6]) qui eadem omnia quae cod. Lovaniensis complexus est. quod cum casui deberi vix possit, codicem 829 eundem ac Lovaniensem vel, quod probabilius, Harleianum ipsum nunc in fine mutilatum fuisse necessario statuendum.

Quod si verum est, fieri potest ut **H** ca. a. 1403/4 in manus Ioannis de Monsterolio (1334–1418) venerit. exstant enim litterae eius ad amicum quendam Avenionensem eo anno datae quibus *volumen quoddam* quo *libri morales Tullii pluresque orationes sue continentur* ... *scriptum* ... *littera nec antiqua nimis, nec nova* expetitur.[7]) quae quidem verba non nisi ad cod. **H**, qui reapse scriptura gothica exaratus est, referenda affirmat v.d. Ornato.[8]) ita et ipse Nicolaus de Clemangiis, quo Ioannes familiariter utebatur[9]), habuit unde codicem suum describeret.

Qua de sententia cum te, lector, celatum noluerim, nos in lubrico versari vix admonendum. quamquam codices Italicos non ex **H** ipso sed ex

---

1) De codice Londiniensi inter additicios 19586 cogitat v. d. M. D. Reeve.

2) Ceterum orationes hoc ordine dispositas praebet: post ff. 1–23 *Manil.*, *Mil.*, *Planc.*, f. 47 *Vat.*, f. 53 *Cael.*, f. 72 *Balb.*, f. 89 *har. resp.*, f. 108^v *prov. cons.*, f. 120^v *Sest.*, f. 144 *Deiot.*, f. 153 Ps. Cic. *pridie*, f. 159 *sen.*, f. 168 *pop.*, f. 172^v Ps. Sall. *in Tull.*, f. 174 Ps. Cic. *in Sall.*, praetermissa *dom.* oratione. cf. etiam K. A. de Meyier, Codices Vossiani Latini 2, Leiden 1975, 278–279.

3) Codice Paris. n. a. 3132 continentur: f. 1 *Catil.*, f. 17 Ps. Cic. *pridie*, f. 20^v *sen.*, f. 25^v *pop.*, f. 28 *dom.*, f. 48^v *Vat.*, f. 51^v *Cael.*, f. 61^v *Balb.*, f. 70 *har. resp.*, f. 79 *prov. cons.*, f. 85^v *Sest.*, ff. 95^v–103 *Caesarianae*, f. 108 Ps. Sall. *in Tull.*, f. 108^v Ps. Cic. *in Sall.*, f. 111–112 initium *Arch.* manu paulo recentiore.

4) Cf. M. Faucon, La librairie des papes d'Avignon 1, Paris 1886–1887, 48–89; A. Maier, Die „Bibliotheca Minor" Benedikts XIII. (Petrus' de Luna), Archivum historiae pontificiae 3, 1965, 139–191.

5) A. Pelzer, Addenda et emendanda ad F. Ehrle ..., Romae 1947, 180.

6) Faucon, La librairie 2, 132.

7) Jean de Montreuil, Opera 1, ed. E. Ornato, Torino 1963, *ep.* 57 (p. 92) et *ep.* 151 (p. 218).

8) Ad cod. Wolfenbuttelanum Gud. 2 potius has epistulas adludere arbitratur Schmidt, Die Überlieferung, 432–433.

9) E. Ornato, Jean Muret et ses amis Nicolas de Clemanges et Jean Montreuil, Genève 1969.

eius apographo sive a Petrarcha ipso (inde ab a. 1353 usque ad finem vitae in Italia vitam agente) sive ab alio nescio quo in partes Italiae septentrionales (Petrarcha inter annos 1353–1361 Mediolani versabatur) translato fluxisse admodum probabile. utut est, dubitari nequit quin Sestiana tum primum in Italorum notitiam prodierit. adde quod omnia quae ad ulteriorem huius orationis (et sic fere ceterarum huius syllogae) historiam pertineant ex indole naturaque codicis **H** pendent, qui talem orationem praebet ut omnis Ciceronis et mentis et linguae volubilitas evanuerit. nam ut alia omittam, singulis pluribusque verbis passim omissis ita in brevius contracta legitur ut plus tertia eius pars desideretur. opus igitur erat codice aliquo unde codicis **H** lacunae explerentur vel oratio ipsa propter se integra legeretur.

Hic igitur nobis de altero Sestianae codicum genere, qui **y** textum praebent, breviter agendum. primum autem non abs re, ut opinor, facere videbor si aliquot **y** codices quibus Sestiana non continetur adferam. hi sunt:

y

Comp. Hieremiae de Montagnone *compendium moralium notabilium,* ca. annos 1300–1310 Patavi compositum[1]), ubi f. 84^v *sen.* 1 *si, patres conscripti . . . numerando* legitur.

T cod. Trecensis 552, s. XIV^1, olim Petrarchae[2]), ubi f. 333–334^v *pop.* 1–23 *verum etiam*; f. 336–336^v *sen.* 1–7 *recesserunt,* atque eius frater cod. Wolfenbuttelanus Gud. 2, ubi *sen.* nunc deperdita legebatur.[3])

a cod. Laur. S. Crucis 23. 3, s. $XIV^{ex.}$, ubi f. 83^v–84^v Ps. Cic. *pridie* 1–14 *convalescat*; f. 85–86 *sen.* 1–12 *gemeretis nihil.* memoria tenendum quod huius codicis *pridie* ad Petrarcham redire videtur (v. supra p. XI).

Hi omnes ut stirpis **y** sunt ita **T** ad primarios illos **GE** propius accedit[4]), quam familiam littera **m** insignivi; *Comp.* **a** ad Bern. 395 ubi Ps. Cic. *pridie, sen., pop.* integrae leguntur, nec non ad codd. Rhotomagensem 1040 eiusque fratrem Bodleianum lat. class. E 48, qui orationis *pridie* tantundem quod **a** continent, quam familiam **o** vocare placet (cf. etiam supra p. XI).

Eo autem consilio *Comp.* **Ta** hoc loco adtuli ut planum fieret Italos trium saltem huius syllogae orationum, Ps. Cic. *pridie*, Cic. *sen.*, *pop.* ex **y** stirpis codicibus notitiam si non inde ab initio saeculi XIV, at certe Petrarchae aetate gradatim esse adsecutos. restat quaerendum quando Sestianae copia Italis facta sit.

Nescio autem an iam eisdem Petrarchae temporibus integra orationum sylloga ex **y** codice aliquo deducta Alpes transierit, cuius rei indicia

---

1) Oculis usurpavi ed. Venetam a. 1505 q. i. Epytoma sapientie a P. Liechtensteyn curatam. praeterea cf. R. Sabbadini, Le scoperte dei codici Latini e Greci ne' secoli XIV e XV, 1, Firenze 1967, 218–220; B. L. Ullman, Studies in Italian Renaissance, Roma 1955, 81–115; R. Weiss, Il primo secolo dell'umanesimo, Roma 1949, 13–50.

2) Cf. Sabbadini, Scoperte 1, 23; P. de Nolhac, Pétrarque et l'humanisme 1, Paris ^{2}1907, 33; G. Billanovich, Il Petrarca e i classici, Studi Petrarch. 7, 1961, 21.

3) V. Schmidt, Die Überlieferung, 178.

4) Cicero, Scripta 21, ed. Maslowski, IX–X et XXIII–XXIV.

exstant haec: in cod. Vat. Palat. lat. 1820 (p), a. 1394 Perusiae scripto, quem ad Petrarcham redire putat Billanovich[1]), ad Lapum de Castiglioncho, Petrarchae amicum, Sabbadini[2]), f. 115 haec verba ex *Balb.* 61 excerpta margini orationis Plancianae adpincta leguntur: *idem pro Cornelio Balbo*: *Neque enim inconstantis puto sententiam tamquam aliquod navigium atque cursum ex rei publicae tempestate moderari*, ubi mihi considera haec: *esse* **PGEH** : *enim* **p**; *sententiam* **pG²** : *in sententiam* **PG¹E** : *in sententiam aliquam* **H**; *cursum* **pPGE** : om. **H**. atque eo quod **p** una cum **G** correcto soli vera Ciceronis verba servant (nam *enim* pro *esse* ex perperam accepto compendio natum inter errores non numero), quod in tanta textus exiguitate multum valet, facile demonstratur hoc fragmentum non nisi ex **y** codice aliquo fluxisse. certe enim ad florilegium ullum sive *Gallicum* (*FG*) sive *Angelicum* (*FA*) sive *flores moralium auctoritatum* (*Fl.*), a. 1329[3]), referri nequit, cum in *FG* et *Fl.*, quod quidem ipsum ex *FG* originem ducit[4]), haec verba omnino desint, *FA* autem sic ea refinxerit ut legantur: *constantis viri non est sententiam tamquam aliquod navigium atque cursum ex re publica tempestate moderari*. id unum in medio relinquendum mihi videtur, utrum ex Petrarchae codice *Balb.* 61 desumptum statuam an Lapi de Castiglioncho an **p** codicis scribae ipsius. de hoc enim ut etiam cogitem eo adducor quod in subscriptione nomine Henrici de Prusia (*Henricus de prusia scripsit*) se appellat. is igitur ex Germania, ubi **y** codices potissimum propagatos esse supra docui, in Italiam se contulisse videtur.[5]) at docet me v. d. Billanovich nihil obstare quin talem librum Verona arcessitum in Petrarchae manus pervenisse putemus; quippe Veronensibus commercium fuit cum Germanis.

Palat. 1820

Eodem fere tempore vel paulo ante exaratus est cod. Parisinus 1778 (**f**) qui f. 176–180ᵛ unam ex nostris Sestianam vel potius priorem eius partem, 1–82 *rusticulus*, ex **y** generis codice derivatam continet.[6]) cum plures eaeque prorsus diversae manus Gallicae (non Italicae) codici scri-

f

---

1) G. Billanovich, Petrarca e Cicerono, Miscellanea Giovanni Mercati IV, Studi e Testi 124, Città del Vaticano 1946, 89sqq. (repetitum in Petrarca, ed. A. Buck, Darmstadt 1976, 168–192).

2) Sabbadini, Scoperte 2, 168sqq.

3) De hoc libro plura cognosces ex Sabbadini, Scoperte 2, 90–97.

4) Ne de hac re dubitari possit, unum exemplum adfero: Balb. 15 *est enim haec saeculi quaedam macula atque labes virtuti invidere velle ipsum florem dignitatis infringere* codd. : *macula quedam et labes est virtuti invidere et velle ipsum florem dignitatis infringere* FA : *est hec seculi malitia* (*macula* non nulli codd. FG) *quedam atque labes virtuti velle invidere ipsumque* (*ipsum* FG) *florem dignitatis infringere* Fl. FG. fallitur igitur Billanovich, Petrarca e Cicerone, 100, qui *Fl.* ex codice aliquo integro desumptum putat.

5) Plura de hoc adulescente docet A. Gloria, Monumenti della Universita di Padova 1, Paduae 1888, 111.

6) Bibliothèque Nationale, Catalogue général des manuscrits latins 2, ed. Ph. Lauer, Paris 1940, 170–171.

bendo operam navaverint, num illa anni nota quae f. 111 *Anno Xpisti MCCC LXXIIII* alia ac Sestiana manu adscripta legitur ad hanc orationem transferri possit haereo. quamquam saeculum XIV et ipsa excedere non videtur. maioris autem momenti quod f ex bibliotheca in castro Peniscolae constituta originem ducere videtur.[1]) denique Sestiana ita y repraesentat ut praeter errores y familiae codicibus communes singularem quandam recensionem exhibeat, ut aut unum aliquem aut plures viros doctos eodem studio inter se coniunctos in ea emendanda elaboravisse manifestum sit.

Hanc autem orationis recensionem complures originis Italicae codices exhibent, quod quantam vim ad eius propagationem vere aestimandam habeat per se intellegitur. huc igitur referendi cum alii tum cod. *Med. Laur. 76. 24 (n), *Vat. Ottob. lat. 1710, *Oxon. Bodl. Canon. class. lat. 253. qui omnes initio saeculi XV Florentiae scripti ita et inter se et cum Parisino 1778 (f) congruunt ut si unum eorum examinaris ceteros cognitos habiturus sis, neque ita tamen ut alius ex alio derivatus sit; eo autem a Parisino 1778 (f) differunt quod plures syllogae nostrae orationes com-
n plexi sunt. itaque cod. Med. Laur. (n), quem unum ex tribus illis diligentissime contuli, continet haec: f. 1 *am.*, f. 19ᵛ *senect.*, f. 36 Ps. Sall. *in Tull.*, f. 38 Ps. Cic. *in Sall.*, f. 41ᵛ *Cat.* f. 67 *Marcell.*, f. 79 *Deiot.*, f. 86ᵛ Ps. Cic. *pridie*, f. 92 *sen.*, f. 101ᵛ *pop.*, f. 107 *dom.*, f. 139 *Sest.*, f. 158 *Cael.*, ubi praeter *Sest.* etiam *pridie*, *sen.*, *pop.*, *dom.*, *Cael.* y textum nulla contaminatione quae dicitur adfectum exhibent. his autem cognitis iam infitiari nequit codicem aliquem eius stirpis quam y dixi, quo praeter Sestianam fortasse reliquae hae orationes continebantur, saec. XIV exeunte vel XV ineunte Florentiae in notitia manibusque hominum versatum.

Quae cum ita sint, operae pretium est quaerere quae ratio inter illos tres testes modo productos, dico *Balb.* 61 quod codici Palat. 1820 acceptum debetur, librum illum Peniscolensem qui nunc est Paris. 1778 (f) codicesque Italicos quorum ex numero Med. Laur. 76. 24 (n) selegi, intercedere videatur. materiem satis amplam mihi non suppetere ut ad hoc nulla dubitatione interposita respondeam, concedo. quid tamen obstat quin eos ab uno fonte manasse coniciam? qua in re id unum me sollicitum habet utrum mihi eum ad Petrarchae ipsius bibliothecam, id quod libri Vat. Palat. 1820 auctoritate stare videtur, referre liceat necne. quod si licet, quam similis illius y codicis ignoti et Harleiani 4927 in Italiam perlati sit causa nemo est quin videat.

Utut hoc se habet, haud ita multum ille fons Italis ad **H** lectionem explendam corrigendamque profuit. ut enim codex **H** lacunosam tertiaque parte deminutam praebet orationem ita novus ille testis, quem ex lec-

1) V. Faucon, La librairie 2, 89 (# 400 inventari anni 1411).

tione codicum **fn** restitutum sub siglo N infra laudo, integram quidem, sed tamen dimidiatam, i. e. 1–82 p. 45, 16 *rusticulus*, ubi a 74 p. 41, 16 *auctoritatem* usque ad 80 p. 45, 2 *resipisset* nullo spatio vacuo relicto magna lacuna hiat. **N**

In haec igitur duo codicum genera, dico **H** et **yN**, tertium illud contaminatum radices agens adeo crescere multiplicarique coepit ut sinceri alterutrius generis libri aegre inveniantur; quippe plerique recentiores plus minusve ampla contaminationis vestigia impressa habent. hanc tam numerosam prolem magni laboris erat diligentius persequi; itaque in universum tantum de eis agere mihi visum est.

H + yN Atque codicum mixtorum duplex est genus, alterum eorum qui §§ 1–82 paucis locis ex **yN** expletis vel correctis totam orationem ad **H** expressam praebent, alterum eorum qui §§ 1–82 hic illic ex **H** emendati presse **yN**, inde autem ab hoc fere loco unum **H** sequuntur. ex illo priore genere est v. c. Med. Laur. 48. 10 initio anni 1416 ab Ioanne Arretino Florentiae scriptus[1]), qui eo etiam mentione dignus mihi videtur quod vetustissimam **H** libri alicuius Florentiam apportati memoriam servat. id autem iure mireris quod quinquaginta fere post annos eandem Sestianam cod. Monacensis lat. 15734 olim Salisburgensis (S) inter annos 1465–1470 item Florentiae scriptus[2]) reddidit, qui tamen coniecturis praeterea haud infelicibus ita de his orationibus meritus est ut ne ipse quidem suffraganti locum in adnotatione denegaverim.[3]) ex hoc posteriore duos adfero Florentinos ut genus ipsum subtilius definiatur. quorum alter est cod. Med. Laur. 48. 11, quem ipsius Poggi manu inter annos 1410–1420 exaratum putat virgo d. A. C. de la Mare. hic quidem usque ad verba *senatum non se referri iussit* quorum *senatum* (pro *senatu*) ad 74, *non se referri* ad 80 pertinent, i. e. usque ad priora post lacunam verba, ex **yN** exscriptus iam inde a 74 *ubi est crimen* lectionem **H** excipit; alter est cod. Escorialensis R. I. 12, ca. 1417–1430, qui **yN** descripto, ubi ne lacuna illa quidem 74–80 expletur, non nisi post ultimum codicis **yN** verbum 82 *rusticulus* **H** reddere pergit. **S**

Haec satis multa; certe eo iam res deducta ut de editionibus priscis pauca nobis proferre liceat. ex eis enim codicum generibus quae supra distinxi cum **H** in Italia septentrionali, **H + yN** mixtum Florentiae plu-

1) B. L. Ullman, The Origin and Development of Humanistic Script, Roma 1960, 91–96. cf. G. N. Petronio, Per la soluzione di una enigma: Giovanni Aretino copista, notaio e cancelliere, Human. Lovan. 30, 1981, 6; P. S. Piacentini, La traduzione laudense di Cicerone ed un inesplorato manoscritto della biblioteca Vaticana (Vat. Lat. 3237), RHT 11, 1981, 136 adn. 3.

2) A. C. de la Mare, The Handwriting of Italian Humanists 1.1, Oxford 1973, 138.

3) Cf. Maslowski, Cicero's *Pro Sestio*, 159–162.

rimum potuerit, minime mirum si Lodoicus Carbo in ed. Veneta (*ed. V.*) anno 1471 a se curata orationem Sestianam ex **H** libro aliquo nulla contaminatione foedato expressit[1]), I. vero Andreas Aleriensis in ed. Romana (*ed. R.*) item a. 1471 in lucem emissa ex **H** + **yN** mixto, qui codici Med. Laur. 48. 11 persimilis fuit.[2]) deinde ed. Veneta et ipsa saepius repetita[3]) brevi tamen ed. Romana, quippe quae plenior esset, palmam tulit. ex hoc fonte pluribus intercedentibus profluxerunt editiones Iuntina prima a. 1515 ab N. Angelio (*Ang.*) curata, Aldina prima a. 1519 ab A. Naugerio (*Naug.*[1]), Ascensiana secunda a. 1522, Cratandrina a. 1528, quas omnes non tam preti, quod paene nullum habent, quam honoris causa in adnotatione mea commemoro, si quando quid utile praebent.

Novam rem ausi sunt I. Tusanus (J. Toussain) et P. Danaesius (P. Danès), clarissimi in academia regia Parisiensi Graecae linguae praeceptores, in ed. Ascensiana a. 1531 (*ed. Asc.*)[4]), qui collato libro „insignis in tota Gallia bibliothecae divi Victoris in suburbio Parisiensi", i. e. codice, nisi fallor, Paris. 14749, s. XV, ex Bern. 136, codicis Paris. 7794 (**P**) apographo, originem ducente[5]), primi integram Sestianam legentibus praebuerunt. huius editionis oratio textum ex **P**, **H**, **yN** (**P**, **H** genera dico) confectum exhibet, ubi omnes post § 74 lacunae expletae inveniuntur. non aliter se in ed. Hervagiana a. 1534 (*ed. Herv.*) res habet. sunt qui codicem illum unde Sestiana „non tenui quidem accessione, sed tertia

---

1) In ceteris nostrae syllogae orationibus, si priore loco fontem primarium, posteriore codicem (dico genus) unde suppleta vel emendata sit posueris, talem fere imaginem praebet ed. Veneta: f. 110ᵛ *pop.* ex **H** + **yT**; f. 114 *sen.* 1–7 ex **H** + **yT**, 7 usque ad finem ex **H**; f. 118ᵛ Ps. Cic. *pridie* ex **H**; f. 122 *dom.* ex **H**; f. 140 *Vat.* ex **H** + **y** (42 *esse videatur* oratio desinit); f. 144 *Cael.* ex **H**; f. 181 *Balb.* ex **H**; f. 189 *har. resp.* ex **H**; f. 197ᵛ *prov. cons.* ex **H**; f. 203ᵛ *Sest.* v. supra.

2) In ceteris his orationibus ita se gerit ed. Romana (v. adn. 1 supra): f. 32 *har. resp.* ex **H** + **y**; f. 58 *Balb.* ex **H** + **y**; f. 64 *Sest.* v. supra; f. 74 *dom.* ex **H** + **y**; f. 180 *Vat.* ex **H** + **y** (**y** multo frequentius quam in ed. V. adhibito; sed etiam hic oratio post 42 *esse videatur* deficit); f. 183 Ps. Cic. *pridie* ex **y** + **H**; f. 186 *pop.* ex **H** + **y** + **P** (ad **P** codicem aliquem spectare videntur haec, velut 9 *auctores* (*autores* ed. R.) *hortatoresque* **P** ed. R. : om. **GTεVN** : pl. om. **H**; 10 *re quidem* **P** ed. R. : *requiem* **GTεVN** : pl. om. **H**; 16 *honoribusque* **P** ed. R. : *honoribus* **GTεVHN**; 16 *fuit quem ad modum accepi* (*accepit* **P**) *tripertita* (*tre-* **P**¹) **P** ed. R. : *ita* **GTεVN** : pl. om. **H**; 17 *unum* **P** ed. R. : om. **GHTεVN**; praeterea uno loco **P** ed. R in errore consentiunt: 20 *conservaret* **GHTεVN** : *conservarit* **P** ed. R.); f. 188 *sen.* ex **H** + **y**; f. 192 *Cael.* ex **H** + **y** (mirum quod in hac oratione nullum cod. Cluniacensis vestigium apparet); f. 199 *prov. cons.* ex **H** + **y**.

3) V. I. C. Orelli – I. G. Baiter, Onomasticon Tullianum 1, Turici 1836, 239. haud minus utilia de edd. veteribus protulit I. A. Ernesti, Opuscula philologica critica, Lugduni Batavorum 1764, 135–154 et 155–170; cf. etiam M. T. Ciceronis Opera omnia 2.1: Orationes, ed. I. A. Ernesti, Oxonii 1810, I–XIII.

4) Orelli – Baiter, Onomasticon 1, 241–242; P. Renouard, Imprimeurs et libraires parisiens du XVIᵉ siècle, Paris 1969, 262 n. 657.

5) W. Peterson, Cicero's post Reditum and other Speeches, CQ 4, 1910, 168–169.

prope parte" aucta sit[1]), eundem putent esse ac Bernensem 254, codicis Bern. 136 adfinem.[2]) his tertius accedit P. Victorius, sive A. Naugerium dicere praestat, qui editionis suae anni 1519 exemplar emendatum ac multis partibus auctum reliquit, quo ipso post eius mortem (1529) Victorius usus Iuntinam anni 1534 (*Naug.*[2]) Hervagianae et Ascensianae sociam adiecit.[3]) hoc tamen monendum Victorio ed. Ascensianam ad manus fuisse videri.[4])

His cognitis non vereor ne licentius rem gessisse dicar, si reliqua quae oratio pro Sestio experta est fata non nisi summatim proferam et quae maxime in promptu sunt explicabo quam brevissime. nam quod mihi proposueram ut quo modo textus vulgatus qui dicitur exstitisset ostenderem, id iam adsecutus sum. quem inde ab a. 1531 usque ad ed. Orellianam a. 1835 ex **P, H, y N** potissimum lectionibus, sicut primam quamque obviam qualemcumque ob causam editor aliquis arripuit, conflatum esse nunc certum habemus. ac mitto quod tali in oratione emendanda, interpolanda, augenda homines docti D. Lambinus, I. Gruterus, I. A. Ernestius, G. Garatonius ipseque Orellius, ne eos qui ita orationem emendaverunt ut non ederent commemorem, sive solo ingeniorum acumine sive eiusdem farinae codicibus adiuti per quattuor saecula studia conlocaverunt. quid? si vulgaris illa memoria ne nunc quidem tota deprehensa[5]), si eius vestigia in nostrae quidem aetatis editionibus post C. Halmium confectis, dico ed. Oxoniensem a. 1911, Teubnerianam a. 1919, Parisiensem a. 1965, deprehenduntur?

Quae cum ita se habeant, non inutilem esse hanc Sestianae novam editionem quae instrumentum criticum teneat omne me Ciceronis studiosis probaturum spero. quod magis etiam ex brevi adumbratione rerum quibus qua ratione codices supra memorati se gerant quidque uni cuique in textu Sestianae constituendo re vera debeatur inlustrabitur.

2

Cum omnes quotquot libros Sestianae manu scriptos habemus, tum **PLGHVN** (in **N** laudando mihi non consto), quos codices principes hic

---

1) Sic in epistula ad Mathiam Held, „Caesariae maiestatis procancellario", ab I. Hervagio data. v. M. T. Ciceronis Opera omnia 1, Basileae 1534, ex officina Hervagiana.

2) Cf. H. Wrampelmeyer, Librorum manuscriptorum qui Ciceronis orationes pro Sestio et pro Caelio continent ratio qualis sit demonstratur, Detmoldiae 1868, 20.

3) Cf. Orelli – Baiter, Onomasticon 1, 199.

4) V. M. T. Ciceronis pro P. Sestio oratio, ed. I. C. Orelli, Heidelbergae 1835, 40: „Editionem Ascensianam tertiam . . . norat Petrus Victorius. Cfr. Epist. Lib. VI. p. 145. Florentiae 1586. fol."

5) V. Maslowski, Cicero's *Pro Sestio*, 163–178.

selegi, ita in erroribus omissionibusque conspirant ut eos ex uno commu-
A nique fonte quem littera **A** significavi fluxisse manifestum sit. ad illud igitur tamquam rivuli caput referenda sunt vitia velut 8 p. 7, 4 *P. Sestius . . . senserit*] om. **PGHVN**; 22 p. 15, 1 *sermo nobis*] *sermonis* **PGHVN**; 98 p. 53, 12 *non*] om. **P**^{1}**LGHV**; 131 p. 69, 18 *cunctae*] *cumque* **PGHV**. atque eorum errorum non nulli, ut 21 p. 14, 15 *bene* edd. : *sene* **P**^{1} : *senex* **P**^{2}**GVN**, sunt ita aperti facilesque ad corrigendum ut perspicuum sit librarium archetypi **A** summa cum fide eum librum quem ipse sequeretur expressisse nihil ipsum immutantem.[1])

Praeter haec etiam alia pristini illius libri deperditi vestigia in codicibus ex eo deductis latent, quibus deprehensis etiam certi aliquid de eius forma specieque colligi potest. primum igitur attendas velim ad id genus corruptelas quae ex maiusculo genere scribendi explicantur[2]), velut

A = *N* = *M*: 58 p. 33, 21 *nuper*] *aut per* **P**^{1}; 135 p. 72, 5 *aiunt*] *malit* **GV**
E = *F*: 9 p. 8, 2 *eidem*] *fidem* **H**; 84 p. 46, 19 *e rostris*] *frostris* **P**
E = *I*: 15 p. 12, 2 *se*] *si* **P**^{1}; 33 p. 21, 4 *legi*] *lege* **GV**; 97 p. 52, 24 *definiri*] *difiniri* **L**^{1}; 120 p. 63, 20 *mixto*] *mexto* **H**
E = *T*: 44 p. 26,18 *eandem*] *tandem* **H**; 66 p. 37, 13 *aut*] *aue* **G**; 108 p. 57, 25 *eum*] *tum* **H**
F = *T*: 2 p. 4, 14 *ferendum*] *terendum* **P**; 6 p. 6, 3 *factus*] *tactum* **P**^{1}: *statutus* **GV**
I = *L*: 3 p. 5, 8 *loco pietatis*] *locupletatis* **G**^{1}**V**; 74 p. 41, 21 *abiectus*] *aplectus* **P**
I = *T*: 61 p. 35, 12 *alias*] *altas* **P**: *alteras* **GV**; 115 p. 61, 1 *coniectus*] *contectus* **PGV** : *contuitus* **H**
I = *P*: 28 p. 18, 7 *coniuratos*] *comparatos* **PGV**; 43 p. 26, 5 *praestaret*] *irae staret* **P**^{1}
L = *T*: 9 p. 7, 16 *temptari*] *templari* **G**^{1}**V**; 111 p. 59, 7 *ultus*] *ullus* **PGV**

His atque talibus corruptelis, quorum numerus facile augeri possit, librum **A** maiusculis litteris exaratum fuisse planissime demonstratur.

Ad eundem archetypum **A** pertinere videtur quod diversi codicum superstitum librari nullam iustam ob causam ita saepe in scribendo oculis aberraverunt ut viginti fere litteras vel partes orationis quae ita dividi possunt ut singulae particulae huius longitudinis versus exhibeant, transiluerint omissione spatio vacuo relicto indicata vel non item.

Illuc referendus solus 59 p. 34, 8 locus ubi **P** spatium fere XVIII litteris recipiendis idoneum reliquit; nimirum librarius maiore fide fuit quam ut ea quae ob scripturae difficultatem perspicere non poterat falso transcripta propagaret. huc complures loci, velut 8 p. 7, 4 *P. Sestius cum esset cum / collega meo senserit* om. **PGHVN** (XIX + XVIII litt.); 48 p. 29, 1 *laudis partim vitandae* om. **P**^{1} (XX litt.); 110 p. 58, 19 *iuvabant anagnostae* om. **P**^{1} (XVIII litt.); et sic saepius.

Itaque versus illius libri plus minus viginti litterarum fuisse probabiliter conicitur.[3])

Tantuli autem ambitus versus non nisi ad columnas quae dicuntur

1) Cf. Madvig, Opuscula academica 1, 416.
2) Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, XXXV–XXXVI.
3) Cf. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, X–XV.

spectare in propatulo est. feliciter igitur accidit ut codices **PGE** pravo illo verborum ordine in Caeliana laborant, ita nato ut permutatione foliorum in **A** ut videtur facta tota orationis pars, §§ 18–27, suo moveretur loco atque post verba § 36 *credo timiditatem* inreperet. cuius transpositionis ratione habita calculos ineuntibus contigit ut columnas istas versuum fere duodevicenum fuisse reperirent.[1])

Quod vero non nulli codices, velut Bern. 136 (**B**), Harleianus 4927 (**H**), alter ex **P** descriptus, alter vinculo quodam adfinitatis cum **P** coniunctus illa transpositione immunes se praebent, id correctori **P**^{2} debetur qui verum verborum ordinem signis in margine Parisini appositis indicavit. id unum restat explorandum unde **P**^{2} eum traxerit.

Inter **A** et libros superstites traditionem insularem intercessisse erroribus qui ex scriptura insulari explicantur nullo negotio probari potest.[2]) illud mea quidem pluris interest ut quam crebro diversi librarii hac in re peccaverint ostendam. atque **P** perraro id peccasse ex his locis quos fere solos habemus apparet:

a = *u*: 23 p. 15, 11 *ducendam* **G**^{2}**N** : *ducendum* **PG**^{1}**V** : *dicendam* **H**; 33 p. 20, 20 *lugebunt* **G**^{2} : *lugebant* **P** : *legebant* (*-bat* **V**) **G**^{1}**V**; 69 p. 39, 5 *putaveram* **GV** : *putaverunt* **P**; 76 p. 42,17 *deprecandam* **G**^{2} : *deprecandumque* **PG**^{1}**V**; 100 p. 54,16 *amittant* **HG**^{2} : *amittunt* **PG**^{1}**V**. praeterea **P** non nisi uno loco male soluto insulari compendio particulae *autem* in errorem incidit: 52 p. 30, 25 *autem*] *enim* **PGV**.

Saepius titubat atque haeret in scriptura insulari perspicienda **H**, quod tamen utrum librario ipsi culpae dandum an altius repetendum sit in medio relinquo. ceterum vide sis haec, velut

a = *u*: 53 p. 31, 7 *confectam* **PG** : *confectum* **HN**; 72 p. 40, 6 *confirmarant* **PGV** : *confirmarunt* **H**; 92 p. 50, 12 *at* **PLG** : *ut* **H** : *aut* **V**
in = *m* = *ui* sim.: 49 p. 29, 13 *minima* **PGV** : *numina* **H**; 53 p. 31, 10 *minisque* **PGV** : *inuiisque* **H**; 67 p. 38, 3 *definisset* **PGV** : *defuisset* **H**
r = *s* : 116 p. 61, 15 *sororis* Schol. **PGV** : *sosoris* **H**; 119 p. 63, 12 *p. sesti* (*-ii* **P**^{2}) **P** : *.P. S et* **G**^{1} : *· P · Sestii et* **G**^{2} : *sesti p s et* **V** : *populi r. et* **H**

Longe vero frequentissimae id genus litterarum commutationes in **y** familiae codicibus inveniuntur, quod, cum vel dimidiam earum partem adferre longum esset, his exemplis inlustrasse sufficiat:

a = *u*: 33 p. 21, 1 *tum* **P** : *tam* **GVN**; 67 p. 37, 24 *retardatam* **PHG**^{2}**VN** : *retardatum* **G**^{1}; 95 p. 52, 1 *peregrinam* **PL**^{2}**GV** : *peregrinum* **L**^{1}; 97 p. 52, 21 *patet* **PL**^{2}**GHV** : *putet* **L**^{1}
r = *n*: 14 p. 11, 1 *se offerunt* **PH** : *offendunt* **GEVN**; 94 p. 51, 16 *numerium* **PL**^{2} : *numenium* **L**^{1}**GEV** (cf. 82 p. 45, 19); 96 p. 52, 14 *gerere* **PL**^{2}**GH** : *genere* **L**^{1}**V**; 99 p. 53, 19 *patronum* **PL**^{2}**GHV** : *patrorum* **L**^{1}; 106 p. 57, 8 *furialem* **P** : *funalem* **GV**
r = *s*: 25 p. 16, 11 *equites · R ·* (sed *· R ·* in ras. **G**) **PG** : *equites sunt* **VN**; 27 p. 17, 18 *deprecarere* **P** : *deprecare se* **GV**

---

1) Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, XXXIV–XXXV. aliter de hac re censet A. C. Clark, The Descent of Manuscripts, Oxford 1918, 269–271.
2) Cf. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, VIII–X et XXXVI–XXXVIII.

Nulla autem in re crebrius in **y** libris peccatum est quam quae in insulari *autem* per notam ħ scripto versatur, quod diversis librariis, sicut suum quisque in errorem incidit, vel *enim* vel *hoc* vel sim. praebuit. pauca exempla pono: 23 p. 15, 9 *autem* Schol. **PHG**^{2} : *hoc* **G**^{1}**VN**; 24 p. 16, 7 *autem* **PG**^{2} : *hoc* **G**^{1}**V** : *enim* **N**; 40 p. 24, 19 *autem* **PG**^{2} : *hoc* **G**^{1} : *enim* **VN**; 66 p. 37, 15 *autem* **PG** : *aut* **H** : *enim* **V** : *hic* **N**; 138 p. 73, 9 *autem* **PH** : *haec* **G** : *hoc* **V**

Quae cum ita sint, facere vix possumus quin profiteamur cum omnium scripturae insularis peritissimum fuisse **P**, non ita gnarum **H**, tum traditionem insularem longe plurimum valuisse apud **y** libros, ita ut ne Italica quidem eius propago **N** ex diverso fonte fluxisse videatur.

Operae iam sit pretium absolvere paucis qua fide atque ratione memoria **A** tribus codicum stirpibus, **P**, **xH**, **yLG(E)VN** servata sit. atque in **P** Parisino 7794 praeter ipsius librari **P**^{1} duas correctorum manus **P**^{2} et **P**^{3} distinguendas supra adnotavimus. de huius codicis virtutibus brevis esse possum. nam post tot tantosque hominum doctorum labores in eius natura indoleque vere dignoscenda positos[1]) nemo hodie invenitur quin eum longe ceteris libris non dicam aetate, id quod per se intellegitur, sed fide atque auctoritate praestare concedat. in re igitur concessa satis habeo selecta quaedam errorum **P**^{1} genera adferre eo consilio ne commodis legentium defuisse videar.

P^1 Atque plurimum vel litteris vel verbis omissis peccat **P**^{1}, quod non semper ipsi vitio vertendum sed altius et, ut oportet, a condicione exemplaris eius peccatum illud repetendum. in primis autem omittuntur syllabae vel litterae ita plerumque ut ne verba quidem latina exeant. huius modi omissiones tribus locis deprehenduntur:

a) in initio vocabulorum, velut 1 p. 4, 6 *timidum*] *midum* **P**^{1}; 30 p. 19, 6 *edicto*] *dicto* **P**; 100 p. 54, 15 *ita ut*] *itat* **P**^{1}; 140 p. 74, 13 *civitate*] *vitate* **P**.

b) in media parte, ut 1 p. 4, 2 *nequaquam*] *nequam* **P**^{1}; 15 p. 11, 9 *sicut*] *siut* **P**^{1}; 60 p. 35, 3 *inponendum*] *inpondum* **P**^{1}; 75 p. 42, 5 *iudicium*] *iudium* **P**^{1}; 129 p. 68, 12 *salutis*] *satis* **P**.

c) in fine, velut 6 p. 6, 9 *ademit*] *ademi* **P**^{1}; 31 p. 19, 21 *iudicastis*] *iudicasti* **P**^{1}; 33 p. 20, 23 *consules quos*] *consul quo* **P**^{1}; 141 p. 75, 1 *Atheniensis*] *atheniens* **P**^{1}.

Saepe singula verba oculos librari **P**^{1} effugerunt, quo factum ut haec v. c. aliunde a **P**^{2} petenda essent: 2 p. 4, 20 *eorum*; 6 p. 6, 6 *ut*; 15 p. 11, 10 *vera*; 89 p. 48, 23 *tam*; 111 p. 59, 15 *et meo*.

Tota orationis membra in **P**^{1} excidisse quae singulos viginti litterarum versus ad **A** redeuntes expleant iam monuimus. tamen inspice praeterea haec: 8 p. 7, 12 *et bonis omnibus*] *et vobis omnibus* **P**^{2}**H** : om. **P**^{1}**GV** (XVI

---

1) In primis consulas Klotzi praefationem in Cicero, Scripta 7, ed. Klotz. tamen haud neglegenda aliorum in **P** merita ne tum quidem cum viri d. in errores inciderunt omnino spernenda, quo in numero est Madvig, Opuscula academica 1, 411–508, Halm, Interpolationen, 321–350, Wrampelmeyer, Librorum manuscriptorum, passim.

litt.); 93 p. 50,16—17 *amplectatur ... rei p.* om. P^1 ob homoeoteleuton *rei p. ... rei p.*, quod damnum in ima pagina explevit P^2; 118 p. 63, 6 *aut non exprimeret* om. P^1 casu an ob repetitum *aut?* (XVI litt.). his igitur locis librarius aliam ob causam inter scribendum calamo lapsus est.

Similem neglegentiam spectare videntur loci ubi plura verba a P^1 perperam repetita correctori P^2 inducendi ansam dederunt, velut 42 p. 26, 1 *sed meum prope vestrum studium* inter *studium* et *sed* del. P^2; 82 p. 46, 1 *grato quodam sceleris infamiam* inter *infamiam* et *grato* del. P^2. adde quod non numquam in eius modi verborum repetitionibus viginti fere litterarum versus distingui queunt, ut 18 p. 13, 5 *venditabat equites R. / minitabatur senatui* inter *senatui* et *venditabat* del. P^2 (XVIII + XVIII litt.). sed longius haec prosequi nolo ne nimis in ludendo versari videar. id moneo huius neglegentiae mentionem neminem, quod sciam, adhuc fecisse videri.

Accedunt loci eo pessum dati quod praeter corruptelam etiam correctura a librario P^1 ex exemplari suo recepta est. quae duplices lectiones deprehenduntur his locis, velut 7 p. 6, 13 *socerum*] *socereum* P ex *socere*^{um}; 29 p. 19, 1 *iudicio*] *in iudicio* P^1 ex *indicio* (*iu* supra *in*); 40 p. 24, 10 *exercitum*] *et exercitum* P ex *etercitum* (*ex* supra *et*).

Etiam alia vitia P^1 obici possunt quae tamen tam raro inveniuntur ut nihili fere facienda sint, velut quod 13 p. 10, 4 pro *quamquam* librarius P^1 *quamquam et aliquando* scripsit ubi *et aliquando* ex antecedentibus repetitum; 40 p. 24, 16 ad genuinum *oratio*, quae GHV lectio auctoritate Scholiastae Bob. firmatur, verba *tam improba* ex sequentibus praecepta adiecit; 106 p. 57, 4 invertit verba *voluntas potest* et 113 p. 60, 2 verba *duo vehementer* ut *potest voluntas* et *vehementer duo* legerentur. tamen de 28 p. 18, 5 falsus est Klotz qui cum nescio quo pacto P exhibere *equites romanos vero* sibi finxerit[1]), quod ipso verborum ordine inter interpolationes damnatur, fidem G testimonio Gelli firmatam secutus aequo animo edidit *equites vero* omisso nomine *romanos*. quo loco testor codices re vera praebere haec: *equites vero romanos* (·*r*· N) PN : *equites vero* Gell. GV. hinc autem apparet N repugnante ne familiam y quidem, quam vir d. amplexus est, totam sibi constare.

Vix autem commemorare opus est quam saepe librarius P^1 optimas sibique proprias lectiones tradiderit eis locis ubi reliqui codices aut minus apta aut aperte falsa praebent. quarum tanta est copia ut ne unam quidem huius editionis paginam evolvere possis quin complures inventurus sis.

---

1) Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, VII et app. cr. ad h. l. eo magis hominem doctum miror quod neque Halm nec Peterson hanc lectionem testantur et eum ipsum codicem P non inspexisse supra monui.

P^2 P^3 Pleraque a **P^1** pessum data aut omissa correcta aut suppleta correctori **P^2** debentur, quem **P^1** ipsius aequalem fuisse similitudo scripturae quae inter eos intercedit aperte ostendit. saeculo XII codicem **P** correctum in membranas suas transtulit scriba codicis Bern. 136 (**B**); quo factum ut, quoniam corrector **P^3** multo post **B** descriptum in **P** iterum adnotando grassatus est, manus **P^2**, quae in **B** exstat, facile a manu **P^3**, quae a **B** abest, eiusdem **B** testimonio separari posset, praesertim cum haud ita facile duo illi correctores e solo scribendi more distinguerentur. quae cum dudum cognita sint, iure mireris crescentem editorum securitatem qua **P^2** et **P^3** eo usque inter se confusi sunt ut hodie nullum fere correctoris **P^3** vestigium apud P. Cousin exstet paene omnes codicis **P** correcturas manus **P^2** diligentiae tribuentem. quem in errorem ne et ipsi incidamus, quaerendum unde **P^3** lectiones suas traxerit. quis enim dubitat quin fonte correctoris **P^3** patefacto et de eo ipso et de **P^2** certius iudicium ferre nobis liceat?

P^3 Hic igitur primum considerandi eius modi loci, velut 43 p. 26,4–5 ubi verum restituit Gulielmus: *quis reliqua praestaret*, **P^1 B** autem praebent: *quis reliqua irae staret* una littera *I* male pro *P* (in *IRAE*) lecta, **GV**: *quis reliqua* (*reliqui* **V**) *restaret* e falsa coniectura, **H**: *quid reliqui restaret* item e coniectura, Itali denique (sic fere **N**, ed. R.): *quid reliquiarum restaret*. quam Italorum coniecturam cum **P^3** et ipse exhibeat, nisi quod *quis* in *quid* mutare omisit, eum vel codicem aliquem recentiorem vel editionem veterem sive ipsam Romanam sive eius similem ad manum praesto habuisse liquet. cf. praeterea 54 p. 31,24 *casum* **H** : om. **P^{1}BGV** : *discrimen* **N** ed. R. **P^3**.

His perspectis iam nihil obstat quin correctoris **P^3** fontem ipsum adeamus. nam accurate demonstrari potest **P^3** ultra ed. Aldinam 1519 ab A. Naugerio curatam (*Naug.^{1}*) non excedere, ita ut vel eam ipsam vel ed. Ascensianam 1522 ex illa repetitam codici **P** corrigendo adhibuerit. ad Naugerium igitur redeunt cum paene omnes tum hae lectiones singulares, velut

37 p. 23, 5 *apstinenterque versato*] *aistineterque versato* **P^{1}B** : *at iste* (*isti* **V?** ed. R.) *ne tergi versato* **GVN** ed. R. : *agente at tamen nec tergiversatus* Naug.^{1} **P^3**; 97 p. 52, 18 *quisque numero* **P^{1}BLGHV** ed. R. : *quis? de numero* Naug.^{1} **P^3**. eodem referendae leves quaedam coniecturae quae huc usque correctori **P^3** (vel **P^2**) tribuebantur, velut 47 p. 28, 4 *meorum* Naug.^{1} **P^3** : *eorum* **P^{1}BGHVN** ed. R.; 98 p. 53, 12 *abhorreat* Naug.^{1} **P^3** : *abhorret* **P^{1}BLGHV** ed. R. (nisi forte hoc rętinere debui). duo denique loci separatim hic commemorandi, utpote qui editorum mentes iam diu sollicitos habeant. 37 p. 22, 19 pro *sumpserat* **P^{1}BGN** ed. R., quod sensu caret, usque ad Halmium edebatur *spectarat*, quod rursus recepit Cousin. cuius viri d. consilium non est meum hic vituperare, tamen correctori **P^2** hoc verbum tribuere non debuit. ea Naugeri est coniectura a **P^3** inter versus inlata, id quod **B** ipse testatur qui *sumpserat* habet. idem me iudice valet de 39 p. 24,1 ubi *mortē* (non *morte* ut omnes post Halmium edd.) a **P^{1}BGV** omissum supplevit **P^3**, non **P^2**, quod unde primum in ed. R., ex qua aliis intercedentibus Naug.^{1} pendet, pervenerit, nunc testimonio **N**

demonstratur, qui *mortem* praebet. supplementum verum esse confirmat Schol., nec multum interest quod de eius origine in N nihil certi dici potest. certe corrector P3 habuit unde damnum suppleret.

Nec minus probe de aliis locis codice B et Naug.[1] adhibitis iudicare licet, ita ut in P2 et P3 discernendis nullus iam dubitationi locus relinquatur. quod quidem ad P3 pertinet, hunc correctorem, quippe qui nihil ad textum purgandum per se ipse conferat, facile ex apparatu in perpetuum explosum paterer, nisi timor inde me incederet ne, si id factum esset, parum me distinguendis codicis P correctoribus consuluisse in suspicionem venirem.

P2

Alia est correctoris P2 ratio, quem nec ipsum nec eius fontem neglegere nobis licet.[1]) certe P2 libro quodam stirpis y usus est, id quod vel his erroribus quos cum GVN communes habet probatur:

6 p. 6, 7 *soceri* HP3 : *ceteri* P1 : *ceterum* (*cae-* G) P2BGN : *ceterarum* V; 29 p. 18, 10 *videte. L. Lamiam*] *videt illam iam* P1 : *videte illum iam* P2GVN; 67 p. 37, 23 *sopitam*] *sospitam* S : *solitam* P1H : *insolitam* P2GVN; 114 p. 60, 18 *senatus*] *setus* P1 (duabus litteris ut saepe omissis) : *secutus* P2GV.

Vix igitur dubitari potest quin pleraque quae a P2 in P inlata hodie leguntur ex illo libro nunc deperdito, non ex correctoris ingenio, id quod Halm voluit[2]), originem trahant. utilitas autem P2 non eo continetur quod multis locis verum ab eo in P1 restitutum, quod idem ab aliis y familiae codicibus traditum est. multo maioris momenti sunt verae P2 lectiones quae in recentioribus illis libris depravatae leguntur, velut

26 p. 17, 8 *veste mutata* P2H : *vestem muta* P1 : *vestem mutastis* GVN; 31 p. 20, 1 *necesse est* P2HG2 : *necesse et* P1 : *nec ē* (*est* V) GVN; 40 p. 24, 19 *aliquo tum* P2 : *mali quotum* P1 : *mali quicum* (*qui tum* N) GVN; 110 p. 59, 2 *ille non* P2 : *non ille* GV : *ille* P1; 126 p. 66, 26 *quoquo* P2 : *quo* P1 : *quoque* (*q q̄* scr. G) GV; 145 p. 77, 8 *illo* P2B : *illo lolo* P1 : *illo illo* GHV.

Haec unde ducta sint, sive ex illo y fonte sive ex antiquiore quadam P memoria (exemplar codicis P dico, nam de eo quoque cogitare nobis licet), quamvis pro certo dici nequeat, tamen omnia ex corrupta lectione P1 coniectura inveniri non potuerunt.

Pauca de indole P2 adicio. ac primum quidem exstant satis multi loci ita a P2 mutati vel interpolati ut eum non omnia ex codice suo sumpsisse sed etiam divinandi studio indulsisse pateat. atque apertam coniecturam profiteri videntur tales P2 lectiones, velut

15 p. 11, 5 ubi GV recte *rei p.*, P1 una littera omissa *re p.*, quod P2 interpolavit *in re p.*, ne casus ablativus praepositione careret; 102 p. 55, 9 P1G recte *nollem*, V levi errore *nollent*, P2 vero *nullum*, ut ad antecedens *laborem* referretur. quo loco

1) Cf. H. Hertz, Zur Kritik von Ciceros Rede für den P. Sestius, Jahrb. f. class. Philol. Suppl. 13, 1884, 33–73; Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, VI–VII, XXI–XXIV.
2) Halm, Interpolationen, 321–350.

perspicitur scribae mentem transversam egisse *dixit* pro *dixet* una littera perperam tradita positum, quod ex *nollem* pendet; 104 p. 56,11 *amplexatur* ex *malexatur* P[1] : *male laxatur* facile restituit Madvig, *male vexatur* elicuit P[2].

Accedunt eius modi loci ubi P[2] integram P[1] scripturam eo tantum quod vel rem vel argumentum orationis vel etiam Ciceronis usum non tenuisset ad libidinem ut videtur in peius mutavit.

Quod quidem nec raro nec ita paucis locis manifesto deprehenditur, velut quod 34 p. 21, 15 pro *foedere retraxisset* (sc. Clodius) substituto *foedera retraxissent* argumentum pessum dedit, quasi diceretur *cum duo consules e re publica provinciarum foedera retraxissent*; 111 p. 59, 15 in verbis *latus odio* tam Ciceronis quam aliorum veterum scriptorum usus oblitus (cf. adn.) illud *latus* in tritius *elatus* mutavit, quo etiam quibusdam editoribus facile imposuit; 133 p. 71, 1, ubi Cicero de sua ipsius lege agit, pro *legem meam*, quod etiam Schol. tuetur, *legem eam* dedit.

Maioris denique preti neque contemnenda ut dubium sit quid praeferatur, haec v. c. mihi videntur:

4 p. 5, 15 *ea quae* ⟨*est*⟩ *inflammata*] *ea inflammat* P[1] : *illa quae inflammata* G : *ea quae me inflammat* P[2]H; 21 p. 14, 12 *opinioni* P[2]B : *opinione* P[1]GHV, quorum hoc posterius in textum recepi.

B Cod. Bernensem 136 (B) iam dixi me adhibuisse ut internoscerentur Parisini 7794 (P) manus correctrices. tamen etiam amplius aliquid tam ex eo ipso quam ex eius correctore lucramur. nam paulo post librum ipsum conscriptum homo quidam haud inscitus supervenit qui quaedam quae ei falsa videbantur emendavit. huius manum a librari ipsius manu in apparatu non distinxi sed nota „corr(exit) B" contentus quae utilia intulit enotavi. tamen neuter magnam utilitatem habet. nam librario ipsi tales lectiones debentur, velut

11 p. 8, 17 *ut* B : *ne* PGVN; 29 p. 18, 13 *abesset* BN : *adesset* PGV, secundae manui eius modi leves correcturae, velut 29 p. 18, 12 *relegavit* ex *reli-* corr. B : *religavit* P : *lege religavit* GVN; 33 p. 20, 19 *nullo* ex *-os* corr. B : *nullos* PGVN.

y Sequitur ut de y familia agamus quam fere ex solo cod. Bruxellensi 5345 (G), s. XI$^{in.}$, notam adhuc habemus. ad hunc igitur adieci testimonium fragmenti L, s. IX$^{med.}$, in cod. Leidensi Voss. lat. f. 67 adservati, codicumque recentioris aetatis Vat. Palat. 1525 (V) et N ex Paris. 1778 (f) et Med. Laur. 76. 24 (n) restituti, quibus adiunguntur singulae lectiones ex cod. Berolinensi 252 (E), s. XII$^{in.}$, in ed. Lambiniana a. 1577/8 Lugduni apud P. Santandreanum facta adnotatae. iam vides quam varii huius codicum familiae sint gradus aetatis atque integritatis. omnibus integritate longe praestat G, cuius tamen comparatio cum L non nisi ad 88 p. 48, 15 – 99 p. 53, 20 *oppug*]*nare itineribus . . . magna multitudo* pertinet, cum N ad dimidiam orationis partem, 1–82 p. 45, 16 *rusticulus*, cum E ad singulos locos. unus V, quem pro deperdito E potissimum substitui, integram orationem habet.

Atque **GVN** ex eodem **y** fonte fluxisse quo **P**[2] supra ostendi. sed conferas etiam hos **P**[2]**GVN** errores eandem necessario originem profitentes, velut

18 p. 13, 3 *a quibus* Schol. : qui **P**[1] : *atque* **P**[2]**GVN**; 21 p. 14, 15 *bene*] *sene* **P**[1] : *senex* **P**[2]**GVN**; 115 p. 61, 11 *sibilum*] *sibtum* **P**[1] : *sibi tum* (*cum* **V**) **P**[2]**GV**.

Paulo difficilius explicatu unde **L** textum traxerit, idque eo magis **L** quod, si eius aetatem respexeris, fieri potest ut ipse ceterorum sit fons. itaque primum eos locos adfero ubi **L** erroribus propriis laborat, **PGV** genuinam lectionem tradunt, velut 88 p. 48, 18 *vi vim* **PGV** : *vicum* **L**[1] : *vim* **L**[2]; 89 p. 49, 3 *vi sceleratorum* **PGV** : *vis ceratorum* **L**. hinc vanam esse istam suspicionem manifesto apparet. accedit ut **L** saepe ita cum **GV** in erroribus consentiat ut eum ex **y** stirpe ortum esse facile concedas.

Vide sis haec: 91 p. 49, 20 *dissupatos* **PL**[2] : *dissipatos* **H** : *disputatos* **LG**[1]**V** : *disparatos* **G**[2]; 93 p. 51, 4 *villam* **P**[2]**L**[2]**G**[2] : *ullam* **P**[1] : *illam* **L**[1]**G**[1]**V**; 94 p. 51, 16 *numerium* **PL**[2] : *numenium* **L**[1]**GEV**; 95 p. 51, 19 *diem* **PL**[2] : om. **L**[1]**GV**.

Hinc tamen non recte colligas **L** necessario una cum recentioribus ad **y** ipsum redire. qua in re tractanda noli eis locis nimium tribuere ubi errorem exhibet **y**, verum praebet **L**, velut 94 p. 51, 18 *timebitis* **P**[1]**L**[1] : *timetis* **P**[2]**L**[2]**GV**, cum talia contaminationi ex **P** deberi possint, cuius suspicionem id efficit quod **L** cum **P** corrupto bis terve facit, velut 94 p. 51, 12 *pecuniam* **P**[2]**L**[2]**GV** : *pecunias* **P**[1]**L**[1]; nisi forte talia antiquitus tradita, meliores autem **y** lectiones e coniectura natas putes. peropportune igitur accidit ut duobus potissimum locis **L** ita se gerat ut me quidem iudice et ista contaminationis suspicio tollatur et codicis origo accuratius definiatur. qui sunt: 89 p. 48, 25 *eum umquam*] *eumquam* **P**[1]**L**[1] : *umquam* (*un-* **L**[2]) **P**[2]**L**[2]**G** : *numquam* **V** et 94 p. 51, 14 *illos*] *hos* **P**[2]**GV** : *hoc* **P**[1]**L**, ubi animadvertas velim *umquam* et *hos*, quae verba in **y** stetisse diserte testantur **P**[2]**G**, e coniectura esse ducta neque omnino in contexta oratione veritatis quadam specie depravata, *eumquam* et *hoc* vero sensu prorsus carere. quis igitur credat, si **L** ex **y** deductus esset atque cum **P** collatus propositis altera ex parte *umquam*, *hos*, altera *eumquam*, *hoc* eum **y** deserturum atque apertissimos hos errores electurum fuisse? his perpensis facile in eam opinionem adducor ut **L** et **y** tamquam duo fratres ex communi fonte fluxisse putem. quod si verum est, habes antiquissimum familiae **y**, ut ita dicam, testem ea qua dixi ratione progenitum, cuius utilitas si non tanta est quantam ab illa aetate exspectaveris, id eo potissimum factum quod exigua admodum orationis particula ex integro libro ad nos pervenit. sed et sic quidem **L** satis multis locis praebet veras lectiones quae in **GV** transcriptione saepius repetita plus minusve depravatae leguntur, cuius modi sunt

88 p. 48, 20 *se re* **PL** : *re se* **G** : *res* **V**; 95 p. 51, 20 *ulla* **L**^{1}**P**^{3} (non **P**^{2}) : *nulla* **P**^{1}**BL**^{2} : *illa* **GHV**; 96 p. 52, 14 *studuerunt* **PLH** : *statuerunt* **GV**; p. 52, 16 *volebant esse* **PL** : *esse volebant* **GV** : *esse volebant esse* **H**; 98 p. 53, 17–18 *res militaris* **PLH** : *rei militaris* **G** : *rei milites* **V**.

Unus denique locus, 91 p. 49, 20–21, separatim a reliquis perpendendus partim propterea quod **L** ipse non nihil ad textum restituendum adfert, partim ob eam quoque causam quod non omnia de **y** lectione recte rettulerunt priores. hoc enim loco codices praebent haec: *eosque *** ex ec|feritate* **P** : *eosque aut et* (fort. *ex*) *haec feritate* **L** : *eosque et* (*ut* **V**) *ex feritate* (*veritate* **V**) **GV** : *eosque ex feritate* **H**. itaque primum desinat codicis **G** auctoritate defendi lectio illa *eosque ex feritate*, quam solus **H** habet. tum eo quod **G**, cui suffragatur **V**, otiosum illud *et* habet facile colligitur **y** simile aliquid lectioni **L** exhibuisse. praeterea observandum quod *haec feritate* idem valet ac *ecferitate*, quem usitatissimum librariis errorem **L** iterum admisit 98 p. 53, 11 *ecferri* **P**^{1}**L**^{2}**G**^{2} : *haec ferri* **L**^{1} : *efferri* **H** : *et ferri* **P**^{2}**G**^{1}. his autem perspectis nullus dubito quin archetypus **A** *eosque ex ecferitate* habuerit, quod disertissime a **PL**, satis certis indiciis a **GV**, solo **H** repugnante comprobatur.

Menda erroresque **L**^{1}, quae haud pauca inveniuntur, magnam partem **[L^2]** sustulit manus **L**^{2}, cuius tamen adnotationes ut librum **L** legentibus sine dubio pergratae fuerunt ita tamen ad orationem ipsam vix quicquam boni inde redundavit. nam non nisi 93 p. 51, 4, ubi *profundant* **PL**^{1}**G**^{2}, *profundunt* **G**^{1}**V** praebent, **L**^{2} textum in melius mutavit, *profundat*. at cave omnes **L**^{2} lectiones coniecturae deberi putes. nam 89 p. 49, 6 spreta lectione **y** scriba **L**^{2} miro modo cum solo **P**^{2} facit; *et latere perfecit*] *etiam eripere eicit* **P**^{1} : *etiam eripi reeicit* (*reicit* **L**^{2}) **P**^{2}**L**^{2} : *etiam eripere elegit* **L**^{1}**GV**, unde si quis eum emendatum **P** adiisse statuerit, equidem non repugnabo; quin etiam eos locos quibus **L**^{2} errores **P**^{2}**GV** sequitur, ut utrum eos ex **P** an ex **y** hauserit incertum sit, ad eandem originem referam. itaque nihil auxili in **L**^{2} positum liquet.

[y] Restat explicandum quae rationes inter **y** et **GVN** intercedant. ac mihi quidem videtur memoria **y** duobus quasi rivulis profluxisse, quorum alter **[m–o]** **m** codicum **GV** est fons, alter **o** librum **N** progenuit. observandum etiam quod ex his duabus libri **y** propaginibus ne **m** quidem ita exploratum habemus ut novo illo teste **V** omnino carere possimus. nam priores omnes unius **G** testimonio contenti id potius egerunt ut memoriam **y** sui iuris esse, non ex codice **P** repetitam dubitantibus probarent quam ut eandem ascitis novis libris omni ex parte restitutam praeberent.[1]) itaque **y** accuratius cognoscendi officium nobis incumbit.

[mGV] Ac primum quidem **GV** tam saepe contra **N** in erroribus conspirant ut aut utrumque sua ipsius via ex eodem **m** fonte manasse aut temporum ratione habita recentiorem illum **V** ex **G** derivatum esse luce clarius appareat. adfero pauca exempla:

---

1) Cf. Hertz, Zur Kritik, 33–73; Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, VII–X; A. Klotz, Zur Kritik einiger ciceronischer Reden (pro Caelio und de domo), Rhein. Mus. 67, 1912, 367–370.

5 p. 5, 22 *pertineat* **PHN** : *pertinet* **GV**; 19 p. 13, 13 *gerebat* **PN** : *genera vel* **GV**; 54 p. 31, 27 *partitionem* **PHN** : *partionem* **GV**; 64 p. 36, 22 *ne iacentem quidem* **P** : *ne quidem iacentem* (quod satis prope a vero abest) **N** : *mei* (*me* **V**) *iacentem* **GV**; 68 p. 38, 16 *liberius* **PN** : *liberum* **GV**.

Tamen **V** ex **G** haudquaquam fluxisse ostendunt loci ubi **V** vel solus vel cum **N** contra **G** verum servat, unde etiam id apparet, quam saepe ea quae uni **G** confisus **y** ipsum peccasse tibi persuaseris re vera soli **G** culpae danda sint. pono aliquot exempla:

11 p. 8, 18 *temporis* **PVN** : om. **G**; 38 p. 23, 7 *ordo* **PVN** : om. **G**; 39 p. 24, 5 *peste* **PHVN** : *poste* **G**; 57 p. 33, 10 *de hoc* **PVN** : *denique* **G**; 76 p. 42, 17 *pulsus* **PV** : *pulsus tamen* **H** : om. **G**; 82 p. 45, 20 *servatus est* **PHV** : *salvatus est* **G**; 117 p. 62, 7 *assedit stantes* **PV** : *asseditantes* **G**; 139 p. 73, 22 *pro* **PHV** : om. **G**.

Itaque non solum **G** verum etiam **V**, qui plurimis praeterea aliis locis a **G** similiter disiungitur, suam uterque quandam propriam originem ex **m** ducit. quod ita factum ut inter **m** et **V** unus saltem codex aliquis **n** necessario intercesserit permulti errores **V** proprii tam manifesto declarant ut obscurae prorsus diligentiae putaverim vel unum eorum enotare. **nV**

N autem ad codicem aliquem **o** spectans disiungitur ab **m** cum locis iam supra allatis, ubi veritatem contra **GV** praestat, tum, ut pauca alia exempla proferam, his: **oN**

16 p. 12, 7 *inpendentium* **PN** : *impendium* **GV**; 17 p. 12, 20 *si ora ipsa oculis* **PH** : *si ora ipsa oculis vestris* **G**^{2}**N** : om. **G**^{1}**V**; 25 p. 16, 14 *duo* **PHN** : *aduo* **G** : *aduos* **V**; 37 p. 23, 6 *rem p. orbaret* **PN** : *rem probaret* **G** : *reprobaret* **V**; 63 p. 36, 11 *in re p.* **PN** : *in p·r·* **GV**.

Itaque neuter codex neque **m** nec **o** quasi parens est alterius sed uterque similis alterius ex **y** orti tamquam fratres sunt habendi. tamen codicis **N** ratio est plane singularis. nam ex **o** deductus tamen coniecturis audacissimis adeo refertus est ut propriam orationis recensionem praebeat. sed de hac cod. Harleiano 4927 examinato infra disserendi locus erit.

His quaestionibus absolutis restat ut inter **m** et **o** testes dignitatis contentio fiat. ac facile quidem est de his duabus stirpibus iudicium. in universum enim generi **mGV** ita virtute cedit **oN** ut corruptissima sane Sestiana legeretur si ex eo tota penderet. laus codicis **N** est quod quo fundamento nitatur textus vulgatus patefacit. quod autem ad **mGV** attinet, cave nimium auctoritatis **V** tribuas. nam huius libri virtus est quod **E** amisso laboranti **G** succurrit. qua ratione **E** ipse cum **y** libris in Sestiana cohaereat, ex lectionibus quotquot ex **E** nondum mutilato excerpsit Gulielmus certo iudicare non licet. cum autem hic quoque consentientem in bonis et malis cum **GV** videamus, velut 14 p. 11, 1 *se offerunt* **PH** : *offendunt* **GEV**; 24 p. 16, 6 *constrictam* **GEV** : *conscriptam* **P**; 77 p. 43, 11 ⟨*lata*⟩ *lege concitatam*] *lege concitata* **P** : *lege recitata* **GEV**, vix dubitari potest quin ratio deperditi **E** eadem sit in Sestiana ac in reliquis orationibus ubi **GEV** suam quisque originem ex **m** trahunt. **E**

G Pauca de indole codicis G adnoto, quae, quantum V cum G consentiat, etiam ad illum pertinent. itaque frequentissimus error quod insulare *autem* plerumque perperam solutum exhibent, cuius rei exempla supra adtuli. haud minus frequenter in collocatione verborum peccant ita ut semper respiciendus sit **P**, velut

91 p. 50, 1 *publicas* (*puplicas* **H**) *appellamus* **PLH** : *appellamus publicas* **GV**; 129 p. 68, 5 *qui ex municipiis* **P** : *ex municipiis qui* **GV**; 135 p. 72, 4 *legem de pecuniis repetundis* **P** : *de pecuniis repetundis legem* **GV**. accedit quod hic illic plura verba omittuntur, quamquam non ita saepe hoc fit, velut 131 p. 69, 19–20 *legatorum* ... *multitudine* (propter repetitum *multitudine*). gravius autem quod ubi quid corruptum aut erat aut videbatur ad libidinem mutatum haud raro exhibent, velut 87 p. 48, 2 *ereptum*] *e re P. tum* **P** : *hoc rei p. tum* **GV**; 97 p. 52, 22 *negotii gerentes* **PLH** Arus. : *negotia gerentes* **GV**.

Omnino familiae y ad sexaginta lectiones acceptae debentur. iure autem mireris quod, quamvis codicum **GVN** varii sint corruptionis gradus, tamen perraro fit ut singuli ne **G** quidem excepto verum servent: tam penitus semel insita veritas per tot corruptionis pericula evasit. itaque soli **G** quamvis integerrimo non nisi duo fere loci debentur: 85 p. 47, 5 *a milone emissi* **G** : *a milonaemissi* **P** : corruptiora **V**; 99 p. 54, 5 *depoposcerunt* **G** : *deposcerunt* **PV**, codici **V** tres: 41 p. 25, 7 *certi* **V** : *certe* **PGN**; 73 p. 40, 18 *cocta* (pro *Cotta*) *dixit* **V** : *cottae dixit* **P** : *cotta edixit* **GHN**; 112 p. 59, 20 *abhorreret* **V** : *abhorret* **G** : *aborret* **P**, libro **N** quattuor: 6 p. 6, 6 *gravissime antiquitatis* **N** : *gravissumis* (*-imis* **GHV** : *gravissumis* $\mathbf{P}^1$) *antiquitatis* $\mathbf{P}^2$**GHV**; 21 p. 14, 14 *a* recte omisit **N**; 26 p. 17, 10 *incredibili* **N** : *incredibilis* **PGV**; 39 p. 24, 1 *mortem* **N** Schol. : om. $\mathbf{P}^1$**BGV**. reliquis omnibus locis **G** plerumque cum **V** in veris consentit codice **N**, ubi non deficit, suffragante. quapropter hunc, nisi sicubi id necessarium putavi sive quod **V** in errorem incidit sive aliam ob causam, in apparatu commemorandum non curavi.

G^2 In $\mathbf{G}^1$ corrigendo sedulo versatus est scriba $\mathbf{G}^2$, qui non solum particulam *autem*, sicubi $\mathbf{G}^1$ aberraverat, plerumque recte restituit (excepto 147 p. 78, 6 *hoc* $\mathbf{PG}^1$**HV** : *autem* $\mathbf{G}^2$), verum etiam sat multas egregiasque lectiones intulit ut codicem aliquem praesto ei fuisse pro certo habendum sit. ita autem cohaeret cum reliquis traditionis testibus ut et cum $\mathbf{P}^2$ et cum **H** affinitate quadam coniunctus esse videatur.

Ad hunc enim referendi tales loci, velut 26 p. 17, 4 *qua tum* **PV** : *quantum* $\mathbf{G}^1$: *quanta* $\mathbf{HG}^2$; 145 p. 77, 11 *raptata* **PV** : *rapsata* **G** : *rapta* $\mathbf{HG}^2$, ad illum cum alii tum hi, velut 54 p. 32, 1 *gener et Piso gener* $\mathbf{P}^1$**H** Schol. : *gener* $\mathbf{P}^2\mathbf{G}^2$: om. $\mathbf{G}^1$**V**; 130 p. 69, 1–2 *ad Numidici illius*] *ad unum dicitius* $\mathbf{P}^1$: *ad unum dictitius* $\mathbf{G}^1$: *ad unum dicto* (*dictio* **V**) *citius* $\mathbf{P}^2\mathbf{G}^2$**V**.

Tamen veri dissimile $\mathbf{G}^2$ plures libros in suo negotio adhibuisse. accedit quod non solum $\mathbf{P}^2$ verum etiam **H** nescio quo pacto cum y cohaeret. ergo $\mathbf{G}^2$ librum y generis adiisse probabiliter statuitur, cui fortasse hae cor-

recturae G^2 debentur, velut 31 p. 20, 1 *necesse est* P^2HG^2 : *necesse et* P^1 : *nec est* G^1V; 63 p. 36, 16 *ille* P^2G^2 : *illi* G^1V : *ille mille* P^1.

Maioris autem momenti quod G^2 haud raro verum praebet ubi ceteri libri erroribus foedati sunt. quos locos utrum G^2 coniectura invenerit an ex puriore illo fonte hauserit eis qui haec legent diiudicandum relinquo.

Vide sis haec: 4 p. 5, 12 *nam neque* G^2 : *namque* P : *namqui* G^1 : *numque* V : *numquam* H; 33 p. 20, 20 *lugebunt* G^2 : *lugebant* P : *legebant* (*-bat* V) G^1V; 65 p. 37, 8 *quemvis* G^2 : *quamvis* PV : *quavis* G^1; 137 p. 73, 6 *augere* G^2 : *augeri* PG^1HV.

H Tertiae stirpis testis antiquissimus est cod. Harleianus 4927 (**H**). hunc si ad scholam aliquam hominis docti prope Turones sitam rettuleris, qui aliquot orationes praelectionis et enarrationis causa contraxit, equidem facile patiar.[1] certe non casui, quod codicem aliquem exteriore damno mutilatum ante oculos habuerit scriba, debentur illae lacunae quibus tertia Sestianae pars periit sed contrahendi studio, quo etiam ipsa natura indolesque libri **H** magna parte continetur. ita fit ut duo corruptelae genera in **H** discernantur, quorum alterum ex illo abbreviatoris consilio pendet, alterum ad originem codicis atque ipsius librari fidem qua in describendo usus sit spectat.

Quod igitur ad contrahendi operam attinet, haec observanda. saepe omittuntur verba eo tantum quod nimia videbantur, cuius rei egregium exemplum §§ 55–65 praebent ex ea orationis parte expulsi qua de rei publicae naufragio eius anni qui ante P. Sesti tribunatum fuit agitur (15–35 et 55–77)[2]; ad eandem causam revocandum quod omissis 36 p. 22, 10–38 p. 23, 8 *nam* ... *susceperant* et 102 p. 55, 3 – 105 p. 56, 27 *est labor* ... *commovebantur* vetera aliquot exempla sublata sunt; similiter omnes digressiones excessusque orationis quibus Sestiana abundat valde contracta sunt, cuius libidinis ut exempla quaedam adferam, vide quam decurtata illa de Ciceronis exsilio digressio (36–52) vel ille de optimatibus excursus (96–143) legantur. et sic quidem saepissime. ita fit ut ex tota oratione non nisi excerpta hodie exstent in **H**. sed etiam in ipsis his fragmentis multa mutata, multa interpolata, multa omissa leguntur, quod eo consilio factum videtur, primum ne singulis fragmentis more florilegiorum disiunctis omnino cursus orationis dirumperetur, tum ut ipsa illa contractio semel incepta etiam latius progredi posset.

Quod igitur ad efficiendum sententiarum nexum pertinet, hos locos conferas, velut quod 14 p. 10, 11–14 omissis his *de quo* ... *tamen*, ne oratio claudicaret ea quae sequuntur, *quoniam tribunatus totus P. Sesti*, ita scripta leguntur *qui tribunatus quoniam*. quae verba ita reficta ad

1) Cf. Maslowski, Some Remarks, 160–162.
2) Cf. A. Grumme, Ciceronis orationis Sestianae dispositio, Gerae 1885.

finem § 13 spectant ubi ad tribunatum P. Sesti se transire dicit orator. item 15 p. 11,4–12 sublatis *sed necesse . . . inimici* pro *hunc vir clarissimus mihique multis repugnantibus amicissimus Cn. Pompeius . . . devinxerat* satis apte ut in tali negotio posuit **H** *Gn. Pompeius vir clarissimus hunc tribunum mihi . . . devinxerat* nisi quod inserta voce *tribunum* argumentum orationis pessum dedit. quippe Clodius ante tribunatum suum promisit se nihil contra Ciceronem facturum. nec desunt loci quibus ita complura omissa sunt ut, cum omissione ipsa cursus orationis non impediretur, nihil in proximis, quod quidem ad eam spectat, mutatum sit. cuius generis sunt, velut 99 p. 53,19–54,7 *etenim . . . dignitatis* om. **H**; 129 p. 67, 25 – 131 p. 69, 9 *nam . . . meorum* om. **H**; 132 p. 70, 5 – 135 p. 72, 6 *quod ego . . . neglegatur* om. **H**. denique huc referendi loci ubi eiusdem nexus efficiendi causa partes orationis transpositae sunt. itaque 87 p. 48, 1 – 89 p. 49, 8 sublatis *adiit . . . pertimesceret* servavit tamen scriba aliquot verba, i. e. 87 p. 48, 9–12 *agebat*[1] . . . *cogitabat*, quibus cum subiecisset 89 p. 49, 2–3 *quid ageret . . . natus*, haec omnia post 92 p. 50, 13 *conparando* inseruit. cf. etiam adn. ad 119 p. 63, 6–15.

Multo autem difficilius explicatu qua ratione **H** in rebus minutis versatus sit. qua in re demonstranda cum per ambages te, lector, duci noluerim, sumatur specimen ex §§ 11–12. hic igitur si verba uncis angulatis inclusa **H** additiones, quadratis deletiones, rotundis lectionem veram indicant, hanc fere imaginem expressam tenemus:

atque illis temporibus [isdem] cum iam Capuam metu Sestius liberasset [urbem . . . extraxissent], ego litteris eum (P. Sestium) Capua arcessivi [cum . . . habebat]. quibus [hic litteris] lectis ad urbem confestim incredibili celeritate advolavit [atque . . . retardati. ac . . . Sestius] ⟨et⟩ cum illo ⟨suo⟩ exercitu eadem (summa) celeritate est Antonium consecutus.

Haec sufficiant. manifesto enim apparet abbreviatorem illum quod sibi proposuisset facile consecutum. nam ita inter se cohaerent haec fragmenta ut, quamvis magnam iacturam damnumque oratio contraxerit, tamen legi possit. simul etiam alterum illud patet magnum numerum errorum, interpolationum, omissionum ex illo contrahendi studio natum, a quibus alterum genus distinguendum quod ad originem **H** spectet. horum autem omnino tria genera sunt, unum eorum qui **GHV**, alterum qui $\mathbf{P^2H}$, tertium qui $\mathbf{P^1H}$.

Atque codicem **H** nescio an movere aliquem possit magnae alicuius similitudinis species ut ad **G(E)V** adiungat, eosque omnes tamquam stirpis y codici **P** contrarios ponat.[1]) vide enim quam saepe errores **GEV** proprii librum **H** invaserint, velut

---

1) V. Cicero, Scripta 7, ed. Klotz, XX–XXI et XXIII ubi de communi fonte librorum **GEH** verba facit; M. T. Ciceronis De haruspicum responsis oratio, ed. A. Guaglianone, Florentiae 1968, 9.

7 p. 6, 11 *filiam l. scipionis* **P** : *filiam c. scipionis* **GEHV** : *L. Scipionis filiam* Schol.; 47 p. 28, 8 *vitae* **P** : *vitam* **GHV**; 71 p. 39, 16 *iudices* **P** : *iudex* **GHV**; 80 p. 44, 21 *temere* **P** : *tempore* **GEHV**; 116 p. 61, 15 *spectator* **P** : *expectator* **GHV**; 146 p. 77, 22 *nec* **P** : *et* **GHV**. quibus se adiungit praecipuaque mentione dignus videtur 119 p. 63, 12 *p. sesti* (*-ii* **P**^{2}) **P** : *·P·S et* **G**^{1} : *·P· Sestii et* **G**^{2} : *sesti p s et* **V** : *populi r. et* **H**. hoc loco lectio **H** unde fluxerit nisi ex **y** codice aliquo litteris insularibus exarato non video. nam *populi r. et* idem est ac *p. r. et*, i. e. *p. s. et* littera insulari *s* aut perperam accepta aut, quod probabilius, consulto mutata. similiter se habet 124 p. 66, 4 *venit et se* **P** : *egit esse* **GV** ubi **H** lectionem **yGV** respiciens de suo correxit *egit is se*, ut sententia sine dubio sic interpungeretur: *cum ageret nihil aliud in eo magistratu nisi meam causam egit, is se populo dedit.*

Nec tamen minus saepe **H** cum **P**^{2} facit, idque eis locis quibus me quidem iudice corrector ille non codice aliquo sed ingenio suo usus scripturam **P**^{1} aut veram aut eam quae a vero propius aberat in peius mutavit, velut

17 p. 12, 11 *illa rei p.* (*·R·P·* **P**) **P**^{1}**GV** : *in illa re p.* (*·R·P·* **P**) **P**^{2}**H**; 24 p. 15, 19 *ferri viribus* **GV** : *ferviribus* **P**^{1} : *fervoribus* **P**^{2}**H**; 49 p. 29, 15–16 *·R·p· bis* **GVP**^{3} : *·R·p· vis* **P**^{1} : *·R·* (*rem* **H**) *p· vobis* **P**^{2}**BH**; 144 p. 76, 25 *liberorumque nostrorum*] *eorumque nostrorum* **P**^{1}**GV** : *$\overset{r}{e}$orumque* (*eroumque* **B**) *nostrorum* **P**^{2}**B**, unde *rerumque nostrarum* e falsa coniectura **H**.

Dicat aliquis: at eius modi menda ab utroque librario ex communi quodam generis **y** fonte ducta sunt. hic igitur succurrit nobis tertium illud errorum genus qui **P**^{1}**H** sunt, quibus facile demonstratur **H** codicem **P** bene notum habuisse.

Vide enim sis haec: 10 p. 8, 6 *puerilis* Schol. **GEVN** : *virilis* **PH**; 49 p. 29, 16 *semel gloria* Schol. **GVNP**^{3} : *semigloria* **P**^{1}**BH**; 67 p. 37, 23 *sopitam*] *sospitam* **S** : *solitam* **P**^{2}**H** : *insolitam* **P**^{2}**GV**.

Itaque codicis **H** ratio in Sestiana eadem est quae in ceteris his orationibus. nam cum modo a parte **y** stet modo cum **P** correcto faciat, cum libro mixto rem nobis esse apertum est. accedit quod, cum triginta fere locis lectiones bonae ei debentur quae nec in alteris duabus stirpibus sunt quaeque vix omnes ex coniectura accedere potuerint, **H** sui iuris esse necessario efficitur. has omnes enumerare nihil attinet. tamen vide quam multae omnino diligentiam editorum effugerint:

3 p. 5, 9 *quam*; 6 p. 6, 7 *soceri* (unde etiam **P**^{3}); 13 p. 10, 2 *attulit*; 14 p. 10, 19 *perstringerem*; 24 p. 15, 14 *in interiore*; 34 p. 21, 8 *dilectus*; 39 p. 24, 3 *meam*; 44 p. 26, 12 *quam bis* (unde etiam **P**^{3}); 54 p. 31, 25 *suam praedam*; 78 p. 43, 16 *magno*; 109 p. 58, 4 *dicit*; 111 p. 59, 12 *aditum*; 146 p. 77, 24 *nec*.

At qui vere hoc libro uti voluerit etiam plura de eius natura cognoscere debebit, nec gravius aequo eius bonitate commoveri. nam ad ea quae ad

contractionem pertineant accedunt quaedam quae librarium summae neglegentiae, ne dicam perfidiae arguant.

Ac mitto quod non raro verba inter se transposita in eo leguntur, velut 3 p. 5, 3 *clarissimo viro* **PGV** : *viro clarissimo* **H**; 49 p. 29, 11 *omnium bonorum* **PGV** : *bonorum omnium* **H**; 139 p. 74, 8 *et conatus represserunt* **PGV** : *represserunt et conatus* **H**, vel quod singula verba nullam prorsus ob causam nisi forte neglegentiam omittuntur, velut 44 p. 26, 15 *viris* **PGV** : om. **H**; 67 p. 37, 22 *ac fortissimi* **PGV** : om. **H**; 98 p. 53, 8 *omnibus* **PLGV** : om. **H**, vel quod non numquam in repetitis verbis aberratum est, velut 46 p. 27, 19 *inpendebat ... omnibus* om. **H** fort. propter repetitum *omnibus*, itemque 142 p. 75, 21–22 *tot ... per* om. **H** propter iteratum *tot*, vel etiam quod loci aut in **A** ut videtur iam corrupti aut difficiliores intellectu ex oratione expelluntur, velut 18 p. 13, 3–5 *a quibus ... perfugerat*, 19 p. 13, 16–17 *ut ... videretur*, 72 p. 40, 9–11 *alter ... sustulit*: immo vero etiam scribae laudi verto quod, cum exemplaris scripturam paucis locis perspicere non potuerit, verba sensu cassa exarare quam illam ipsam scripturam de suo corrigere maluit[1]), cuius probitatis exempla praebent: 27 p. 17, 17 *publico consilio* **PGV** : *publeo consio* **H**; 32 p. 20, 10 *tantum homines* **PGV** : *tam hohomines* **H**.

Id quidem praetermittere nefas, quod **H** in coniectura saepissime versatur. quae libido sane quam late per totam orationem patet; itaque ex multis aliquot tantum exempla pono eaque eiusdem generis, ut uni potissimum loco medicina adferatur. nam cum haec legantur: 32 p. 20, 14 *veste* **PG** : *vestem* **V** : *veste mutata* **H**; 38 p. 23, 11 *gentium* **PGV** : *gentium omnium* **H**; 147 p. 78, 8 *rem p.* **PGV** : *rem p. potestis* **H**, vix a me impetrare possum ut, quod 106 p. 57, 6–7 *habitae sunt multae de me* ⟨*a*⟩ *gladiatore sceleratissimo, ad quas nemo adibat incorruptus* post *sceleratissimo* additur *contiones*, id antiquitus traditum credam. haec enim vox non solum recte ad vim orationis abest sed etiam librari **H** omnia modo decurtata modo plena reddere studentis additamenti notam habet.

Itaque apparet in codice **H** et parum plenam et multis modis corruptam exstare traditionis memoriam, nec tamen ob eam rem spernendam. nam multis locis in ea sola nititur oratio. cum vero ne de origine quidem libri **H** certo mihi constet, noli in uno quoque loco ubi ex eo pendent lectiones certissimas ubique requirere rationes. tantum coniectando potuit librarius.

Habes igitur prolem archetypi **A** in tres classes digestam quae pro se quaeque conservatae antiquae scripturae testimonium dicunt.

Sic via munita etiam veterum Sestianae editionum certiorem nobis parare poterimus cognitionem. atque ex eis quae supra pp. XX–XXI posui perspicitur, si quis illas editiones vere cognoscere velit, necessario


1) Cf. Cicero, De har. resp., ed. Guaglianone, 13.

ei adeundos codices **N** et **H**. quippe haec duo lectionis genera semel in publicum emissa (a. 1471) adiuvante simulatae vetustatis auctoritate tam irrevocabilia per editiones omnes usque ad Orellium tradebantur ut inde ab a. 1531 tota Sestianae quaestio critica in eo versaretur ut utrum lectionibus **N** vel **H** an scripturis **P** generis, quibus inde ab ed. Gruteriana 1618 accedebat varietas ex **EV** ducta, nobilior praestantiae palma danda esset ad summam nauseam quaereretur. tamen nihil opus est de **H** amplius dicere utpote quem bene exploratum habeamus. restat ut recensionem illam Italicam **N** propius spectemus quae tanta criticae arti in Sestiana exercendae impedimenta obiecit. quam cum per singulas editiones persequi vix nobis liceat, non piget aliquot **N** lectiones singulares componere quas in omnibus ante Halmium (1856) editis exemplaribus sive in textum receptas sive in commentariis adlatas, aut etiam separatim a viris doctis disputatas facile invenies:

5 p. 5, 26–27 *excitatae sint*] *exortae sunt* **N**; 9 p. 7, 16 *suspicabamur*] *conspiciebamus* **N**; 9 p. 7, 19 *Capuam solum*] *solum capuam* **N**; 14 p. 10, 14 *tribunatus*] *tribunatus quidem* **N**; 14 p. 10, 16 *certe*] *certe iudices* **N**; 18 p. 13, 3 *a quibus conpulsus*] *atque perculsus* **N**; 23 p. 15, 6 *omnibus animi*] *omnibus modis animi* **N**; 24 p. 16, 3 *armati ⟨nuda⟩tam*] *armati tamen* **N**; 24 p. 16, 6 *et constrictam*] om. **N**; 29 p. 18, 18 *ex urbe expulerit*] *expulerit ex urbe* **N**; 33 p. 21, 1 *agebantur*] *dixerant* **N**; 37 p. 22, 18 *cuncta*] *tota* **N**; 40 p. 24, 18 *alias causas*] *aliam causam* **N**; 40 p. 25, 1 *a principibus*] *principibus* **N**; 42 p. 25, 17 *duces publici consili*] *publici consilii duces* **N**; 43 p. 26, 4–5 *quis reliqua praestaret*] *quid reliquiarum restaret* **N**; 46 p. 27, 19 *omnibus*] *etiam omnibus* **N** unde *e me omnibus* Jacob; 50 p. 29, 25 *vim prope*] *prope vim* **N** unde *propter vim* Lb.; 50 p. 30, 2 *fatum*] *statum* **N** unde *ad ⟨alium⟩ rei p. statum* Gar.; 54 p. 31, 24 *casum*] *discrimen* **N**.

Editores autem veteres tam diu somnia **H**, **N** idcirco ludebant quod, cum necessitudines quae inter codices intercederent non perspexissent, quid distarent aera lupinis ignorabant. eo tamen magis mireris quod ne nostrae quidem aetatis editiones inveteratis illis emendationibus omni ex parte vacuae sunt. vide enim 37 p. 22, 16 ubi Peterson, Klotz, Cousin tacite *omnes boni* in verborum contextum admittunt, quamvis vocis *boni* in **PGV** cod. **H** hoc loco hiante nec vola nec vestigium sit. additamentum primum provenit in **N**, quo tamen facile carere possumus. accedit quod similiter *sen.* 25 verbis *discessus honestus omnibus* ad eundem Metellum Numidicum adludentibus nulla codicum auctoritate additur vox *bonis*. item 65 p. 37, 3 *proscripti*, quod Klotz et Cousin recipiunt, nec codicis **P**, ut post Madvigium putabat Jacob (v. adn.), est lectio nec Jacobi inventum, ut illi adnotant, sed coniectura **N**. *proscriptio*, quod **GV** habent, auctoritate codicis **P** firmatur qui una littera omissa *proscripto* praebet.

Itaque apparet in textu Sestianae constituendo ne recentiores quidem libros omnino neglegendos esse. horum autem ratione habita tale fere omnium qui in censum veniunt codicum stemma instituitur:



3

Sed iam finem huic praefatiunculae imponamus paucisque de nostro ipsorum consilio atque ratione in **A** restituendo adhibitis quam brevissime dicamus. amplexus igitur sum, ut aequum erat, quoniam et cum contaminatione res est et cum coniectura, eam viam ac rationem quae eclectica vocatur. itaque quo loco cumque ita differebant lectiones ut vel duabus stirpibus in errore consentientibus tertiae scriptura veritatis speciem prae se ferret, eam, si modo sensus loci ipsius et Ciceronis usus non repugnabant, in textum recipere non dubitavi. haec in hac textus traditione ad veritatem proxima et certissima via mihi esse videbatur. quamquam non est dubium quin codicis **P** auctoritas ceteris anteponenda sit, universa autem codicum y probitas levitati libri **H**, ne ipsius quidem propter eam illis posthabendi, utpote cuius virtutes haud uno loco ita fulgeant ut facile ceteros omnes libros in tenebras compellant.

Ad apparatum criticum intellegendum ne Oedipode opus esset, sedulo cavi. iam vero cum viderem quantum damni partim ex manca **H** textus continuatione partim ex imperfecta **P**^{2} et **P**^{3} manuum cognitione acceperint priores, omne consilium eo converti ut quibus praesidiis una quaeque lectio muniretur planum facerem. itaque codicum **PLGHVN** lec-

tiones in omnibus locis qui memoria digni videbantur non silentio indicavi sed aperte citavi. inde evenit ut adnotatio nostra in codicum **PLGH** plenae collationis magnitudinem creverit codice **V** non nisi eis locis suffragium ferente quibus **G** laudatur. de codice **N** plerumque siletur ne dimidia quidem parte eorum adlata quae supra ex eo enotata commemorantur. rara ubi eius exstat memoria, factum id propter certas causas. at memento **N** sua via ex y descendisse videri. in distinguendis $\mathbf{P}^2$ et $\mathbf{P}^3$ manibus difficultatem omnem eo vici quod codicis **B** imaginum et ed. Aldinae 1519 exempli perpetuum usum habui. sicubi **B** nominatim laudatur, id propter varias incertasque aliorum editorum relationes factum codicis **P** correctionem vel $\mathbf{P}^2$ vel $\mathbf{P}^3$ perperam tribuentium. codices **PLGHVfn** imaginibus usus diligenter contuli. magnam praeterea recentioris aevi codicum turbam inspexi, quos tamen nominatim hic appellari nihil opus est. editiones omnes huc pertinentes prout e re videbatur satis accurate examinavi exceptis ed. Ascensiana 1531 et Naugeriana 1531, quarum notitiam ex ed. Orelliana 1835 hausi. iam vero cum memoria **A** non tam sit bona ut integra omni ex parte servarit Ciceronis verba, quid homines docti in locis corruptis coniectura adsecuti sint non operae anxius peperci sed certas emendationes in textum recipiendo, minus certas inferiori margini supponendo ostendi.

Orthographiam quae dicitur tamquam rem conclamatam tractavi.[1]) in libris manu scriptis multa librariorum consuetudini vel neglegentiae tribuenda. sed ne Ciceronem quidem ipsum magis quam liberae rei publicae lapicidas in omnium vocabulorum scriptura sibi constitisse iure suspiceris. quapropter in scriptura constituenda putidam aequabilitatem adfectare nolui. sed cum ea quae momentum aliquod habeant in apparatu diligenter adnotavi, hic in universum pauca composuisse satis habeo. omnino ceteros libros tanto opere posthabui codici **P** in parte orthographica ut non nisi ubi scripturae fontes sint in textum receptae eos citaverim. ubicumque adnotatio silet, scito me omissis levibus quibusdam medii aevi peccatis illum ducem presse sequi.

In verbis cum praepositionibus compositis cum formae non adsimilatae non magis quam adsimilatae robiginem antiquitatis retinuisse videantur, quamvis illas haud uno loco praetulerim, utrumque genus parum mihi constans servavi.[2]) praeterea haec de singulorum verborum formis

---

1) Cf. M. Leumann, Lateinische Laut- und Formenlehre, München 1977, 193–195.

2) Ad manus habui C. D. Buck, Notes on Latin Orthography, CR 13, 1899, 116–119. 156–167; O. Prinz, Zur Präfixassimilation im antiken und im frühmittelalterlichen Latein, Archivum Latinitatis Medii Aevi 21, 1951, 87–115 et 23, 1953, 35–60.

Ad explicandos tales errores, velut 13 p. 10, 2 *attulit*] *apstulit* **P**; 29 p. 18, 13 *abesset* **BN** : *adesset* **PGV** nescio an pertineat O. Prinz, Wechselbeziehungen zwischen den Präfixen a(b) und ad im Mittellatein, Philologus 115, 1971, 240–244.

adnoto: 14 p. 11, 2 servavi formam futuri *poterint* pro usitata *poterunt*[1]; 28 p. 18, 8 *dixet* pro *dixisset*; 102 p. 55, 9 *dixet* ex *dixit* emendatum.[2])

Quod ad declinationem attinet, nihil fere iuris mihi indulsi in refingendos tertiae decl. accusativos pl. vocum quarum genetivi pl. in *-ium* exeunt ut *-is* et *-es* terminationes ex codicum auctoritate legantur.[3]) contra genetivos substantivorum in *-ius*, *-ium* exeuntium saepe vel contra codicum auctoritatem simplici *-i* scripsi.[4]) tum expiscatus sum formas quasdam singulas ab usu vulgari recedentes: 18 p. 13, 4 ablativum *fretu*[5]); 28 p. 18, 6 genetivi formam *dies*.[6]) 20 p. 13, 18 dativum *labei* scripsi ubi nescio an forma *labe* (cf. adn.) praeferenda fuerit[7]); item *plebei*[8]) dativum legimus 103 p. 55, 21, nominativum *plebes*[9]) 104 p. 56, 10. denique genetivi *Miltiadi*, *Aristidi*[10]) auctoritate scholiastae Bobiensis nituntur 141 p. 75, 5 et 6.

Seorsim proferenda haec:

ap-, *op-*, *sup-* praepositiones in compositis[11]) servavi, velut *apsente* **P** 50 p. 30, 3; *apsorbet* **P** 13 p. 10, 9; *opsideret* **P** 84 p. 46, 17; *opstare* **P** 46 p. 27, 14; *suptilius* **PH** 14 p. 10, 16.

est copulae aphaeresim, quae scribendi ratio a **P**¹ saepe retenta legitur, non recepi, sed qua ratione codd. in ea re se gerant in app. cr. adnotavi.

m et *n*[12]): *m* ante *q* saepe *n* traditum retinui, velut *nunquam* **PH** 36 p. 22, 10; *quanquam* **G** 3 p. 5, 3; *tanquam* **PH** 135 p. 72, 11.

u et *i*[13]): a) superlativa per *u* expressa non sprevi, velut *celeberrumum* **P** 140 p. 74, 15; *contemptissumorum* **P** 36 p. 22, 14; *optuma* **PG** 135 p. 72, 5. *optumates* saepius scriptum, rarius *optimates*. b) etiam haec tuitus sum: *dissupatos* **PL**² 91 p. 49, 20; *lacrumis* **P** 68 p. 38, 16 (alibi in compositis).

vo, *uo* et *vu*, *uu*[14]): a) in terminationibus[15]) *-vos*, *-vom* recepi *aequos* **P**¹ 71 p. 39, 18;

---

1) F. Neue – C. Wagener, Formenlehre der lateinischen Sprache 1–4, Leipzig 1892–1905, 3, 612–613 (sub N.-W. infra cito).

2) Cf. N.-W. 3, 503 et Leumann 598.

3) V. A. Ernout, Morphologie historique du latin, Paris ³1953, 53–54; N.-W. 1, 375sqq. et 2, 60sqq.

4) Cf. Leumann 424–425; N.-W. 1, 134sqq. falluntur autem R. Kühner – F. Holzweissig, Ausführl. Gramm. d. lat. Spr. 1, Hannover ²1912 (sub K.-H. infra citati), 453 de 82 p. 45, 23 ubi *mercennarius* substantivi vim habet. hoc loco **PGH** habent *mercennarii* (gen.), non *mercenari*, ut illi putant.

5) Cf. N.-W. 1, 784–785.

6) Cf. N.-W. 1, 569sqq.

7) Cf. N.-W. 1, 561 et 574.

8) Cf. N.-W. 1, 571.

9) Cf. N.-W. 1, 560.

10) Cf. N.-W. 1, 510; Leumann 458. scholiastae verba *Miltiadi stemma* 142, 26 St. in explicatione legenda *Miltiadis lemma* docet me D. R. Shackleton Bailey, Notes on the Bobbio Scholia, AJP 105, 1984, 390–394.

11) Cf. K.-H. 1, 197–198.

12) Cf. K.-H. 1, 201; W. Brambach, Die Neugestaltung der lateinischen Orthographie, Leipzig 1868, 263–266.

13) Cf. Quintil. 1, 7, 21; N.-W. 2, 184sqq.; Leumann 88–90.

14) Cf. Leumann 49.

15) Cf. N.-W. 1, 104sqq.

reliquom **P**[1] 30 p. 19, 9. b) in verborum formis[1]) *uo, vo* posui *loquontur* 115 p. 61, 10 (v. adn.); *sequontur* **P** 97 p. 52, 20; *vivont* **PG**[1] 101 p. 54, 27. etiam *voltis*[2]) **P** habet 64 p. 36, 23. c) praeterea scribendum curavi *involnerati* **P** 140 p. 74, 20; *quoius*[3]) **PG** 23 p. 15, 5 al.; *quoi*[4]) **P**[2] 110 p. 59, 2 al.; *voltu* **PH** 28 p. 18, 2.
vor- et *ver-*[5]): *convortisset* **P** 121 p. 64, 18; *evorsores* **PG**[1] 17 p. 12, 13; *pervortit* **PH** 140 p. 74, 18; *revortar* **P** 53 p. 31, 6; *vorsabatur* **P** 47 p. 28, 2.
y, u, i = Graecum *υ*[6]): litteram *y* vel contra **P** retinui in *Scyllaeo* Schol. : *scillaeo* **P** : *sculeo* **GV** 18 p. 13, 3; *syria* **GV** : *suria* **P** 71 p. 40, 4.

Restat ut grata memoria eos recolam qui mihi in hac cura saepe laboranti auxilio succurrerint. Michael D. Reeve Cantabrigiensis, vir omni doctrina et humanitate instructus, librorum recentioris aevi ad Sestianam ceterasque has orationes pertinentium, quoscumque ipse invenerat sibique in classes digesserat, rara prorsus inter homines philologos liberalitate notitiam mihi impertivit ut in usum meum quos vellem converterem. parem humanitatem mihi exhibuit v. d. Ezio Ornato Parisiensis qui omnia quae de cod. Harleiano 4927 comperta haberet per litteras benignissime mecum communicavit. v. d. D. R. Shackleton Bailey, cuius doctrinam atque egregium acumen numquam non suspiciam, qua est liberalitate disputatiunculas q. i. Sex. Cloelius again et Notes on the Bobbio Scholia iam in lucem editas libera sponte et ultro ad me transmisit, gratissimum et utilissimum donum. Andrew R. Dyck collega libros quosdam quibus aegre carui in Germania versatus conquisivit imaginesque suo sumptu factas liberaliter mihi suppeditavit. v. d. Giuseppe Billanovich in urbe Los Angeles nuper commoratus ad Petrarcam rectius tractandum, serius quam ut errores omnes tolli possent consilia salubria mihi dedit. his virtutibus gratiam quantam debeam habeamque dicere vix possum. quae quidem omnes pallescunt prae una, quae quieta compositaque numquam in mea causa contremuerit, qua adiutrice factum sit ut hoc opusculum ad finem perduceretur, virtute uxoris meae Michele.

Dabam in urbe Los Angeles Id. Maiis a. MCMLXXXV T. M.

---

1) Cf. N.-W. 3, 302sqq.
2) Cf. N.-W. 3, 617.
3) Cf. N.-W. 2, 450.
4) Cf. N.-W. 2, 452.
5) Cf. Leumann 47.
6) Cf. G. Perl, Die Einführung der griechischen Buchstaben *Y* und *Z* in das lateinische Alphabet, Philol. 115, 1971, 196–233.

INDEX LIBRORVM ET COMMENTATIONVM

Alfonsi, L., Cicerone, *Sest.* 141, Latomus 18, 1959, 655–656
Angelius, N., ed. Florentiae 1515
Ascensiana ed., Parisiis 1531

Baden, T., Bemerkungen über Cicero's Reden für Sestius und gegen Vatinius, Jahrb. f. class. Philol. Suppl. 3, 1834, 197–203
Baehrens, W. A., Beiträge zur lateinischen Syntax, Philol. Suppl. 12, 1912, 233–536
Baiter, J. G. – Kayser, C. L., 5.3, ed. Lipsiae 1862
Bake, J., Scholica hypomnemata 1, Lugduni Batav. 1837
Baxter, Cicero, *pro Sestio* 126, CR 4, 1890, 49
Bezzenberger, G., Emendationum delectus, Dresdae 1844
Binsfeld, J. P., Adversaria critica, Festschr. zu dem 300jährigen Jubiläum des Kgl. Gymn. zu Coblenz, 1882, 1–18
Buechner, C. G., Annotationes criticae, Suerinis 1866
Busch, H., Zu Cicero, Philol. 25, 1867, 352–353
Busche, K., ap. Peterson

Cousin, J., Discours 14 (Sest., Vat.), Paris 1965
Cratander, A., ed. Basileae 1528

Dietrich, A., censura ed. Halmianae (Berolini 1862), Jahrb. f. class. Philol. 87, 1863, 505–516
Dobree, P. P., Adversaria 5, Berolini 1874
Draeger, A., Zu Cicero's Reden, Philol. 26, 1867, 565
Dryander, A. T., Coniectanea Ciceroniana, Halae 1861

Eberhard, A., vide Koch – Eberhard
Ernesti, J. A., 2.2, ed. Oxonii 1810
Évrard, E., Cicéron, *pro Sestio*, 15 et 17: interprétation et critique textuelle, Latomus 38, 1979, 464–468

Fleckeisen[1], A., Kritische Miscellen, Dresden 1864
–[2], Zu Ciceros Sestiana, Jahrb. f. class. Philol. 111, 1875, 547–550
–[3], Zu Ciceros Sestiana, Jahrb. f. class. Philol. 111, 1875, 856

Gaffiot, F., Pour le vrai latin, Paris 1909
Garatoni, G., 10.8, ed. Neapoli 1787
Gesner, J. M., Chrestomathia Ciceroniana, Jenae 1734
Gigante, M., Ad Cic., *Pro P. Sestio* 42, 91, La parola del passato 12, 1957, 131
Grumme, A., Kritisches und Exegetisches zu Ciceros Sestiana, Festschrift des Lehrerkollegiums des fürstlichen Gymn. zu Gera, 1902, 5–12
Gruter, J., ed. Hamburgi 1618 (*cum notis J. Gulielmi*)
Gulielmus, J., vide Gruter

Halm[1], C., vide Orelli – Baiter – Halm
–[2], Laubmann, G., Sest., ed. Berlin [6]1886

Halm[3], C., Interpolationen in Ciceronischen Reden aus dem codex Parisinus Nro. 7794 nachgewiesen, Rhein. Mus. 9, 1854, 321–350
Hartman, J. J., Ad Ciceronis or. pro Sestio 47 et 99, Mnem. 50, 1922, 112
Heine, O., ed. Halis 1883
Hermann[1], C. F., Parerga critica, Rhein. Mus. 2, 1843, 573–609
–[2], Parerga, Rhein. Mus. 4, 1846, 439–461
–[3], Disputatio de loco Ciceronis pro Sestio c. XXXIII, Index Scholarum, Gottingae 1848
–[4], Parerga, Philol. 3, 1848, 509–519
–[5], Vindiciae lectionum Bernensium in Ciceronis oratione pro P. Sestio, Index Scholarum, Gottingae 1852
–[6], Beiträge zur Kritik von Cicero's Lucullus, Philol. 7, 1852, 466–476
Hertz, M., Zu Cicero (p. Sest.), Rhein. Mus. 17, 1862, 152–154
–, L. Gellius Poplicola ein römischer Lustspieldichter? – Cic. pro Sest. 110 noch einmal, Rhein. Mus. 22, 1867, 631–634
–, Zur Kritik von Ciceros Rede für den P. Sestius, Jahrb. f. class. Philol. Suppl. 13, 1884, 34–73 (*in app. cr. cito*)
Hervagiana ed., Basileae 1534
Heubner, H., Zu Cicero Sestiana 24, Rhein. Mus. 108, 1965, 186–187
Holden, H. A., Sest., ed. London 1913
Hornstein, F., Zu Cicero, Pro Sestio 24, Wien. St. 74, 1961, 59–60
Hotomanus, F., Commentarius in orationes Ciceronis, Parisiis 1554

Imelmann, Zur Sestiana, Sokrates 19, 1865, 790–792

Jacob, F., Bemerkungen zu Cicero's Rede für Sestius, Philol. 3, 1848, 483–506 et 701–726
Jan, L. von, censura ed. Halmianae (Lipsiae 1845), Gelehrte Anzeigen 181, 1847, 417–418; 182, 1847, 425–432
Jeep[1], J., Epistula gratulatoria ad I. C. Koken, Guelferbyti 1851
–[2], Zu Cicero, Jahrb. f. class. Philol. 73, 1856, 294–298
–[3], Zu Ciceros Reden, Jahrb. f. class. Philol. 75, 1857, 296–304
–[4], Zu Ciceros Reden, Jahrb. f. class. Philol. 81, 1860, 613–626
–[5], Aliquot loci ex orationibus Ciceronis, Guelferbyti (?)

Karsten, H. T., Spicilegium criticum, Lugduni Batav. 1881
Kasten, H., censura editionis J. Cousin (Paris 1965), Gymnasium 73, 1966, 320–322
Kayser, C. L., vide Baiter – Kayser
Keil, H., Bemerkungen zu Cicero's Rede für Sestius, Eos (Würzburg) 1, 1864, 15–23
Keil, K., Ein *opertum apertum* im Cicero, Rhein. Mus. 16, 1861, 315–316
Kiene, Zu Cicero. Cic. pro Sest. c. 4 § 10, Sokrates 11, 1857, 256–257
Kiessling, G., Zu Cicero, Sokrates 19, 1865, 254–255
Kimmig, O., De Sestianae Ciceronianae interpolationibus, Friburgi Brisgoviae 1882
Kindscher[1], F., Zu Cicero pro Sestio 45, 97 *et* Zu Cicero pro Sestio 67, 141, Sokrates 10, 1856, 889 *et* 890
–[2], Zu Cicero pro Sestio 69, 145, Sokrates 11, 1857, 108
Klotz, A., ed. Lipsiae 1919 (*in app. cr. do*)
–, Zur Kritik einiger ciceronischer Reden (pro Caelio und de domo), Rhein. Mus. 67, 1912, 358–390
Klotz, R., 2.3, ed. Lipsiae [2]1871
Klotz[1], R., Emendationes Tullianae, Lipsiae 1832 (repetitum in Jahrb. f. class. Philol. Suppl. 2, 1833, 48–68)
–[2], Zu Ciceros Rede für P. Sestius, Jahrb. f. class. Philol. 91, 1865, 776
Koch, H. A., Sest., ed. Leipzig 1863

Koch[1], H. A., Emendationes M. Tullii Ciceronis epistularum, Rhein. Mus. 12, 1857 268–279
–[2], Bemerkungen zu Cicero's Reden, Rhein. Mus. 13, 1858, 284–289
–[3], Zu Cicero's Rede pro Sestio, Sokrates 15, 1861, 384–386
–[4], Zu Cicero pro Sestio 51, 110, Rhein. Mus. 17, 1862, 315–317
–[5], Zu Ciceros Sestiana, Jahrb. f. class. Philol. 111, 1875, 856
Koch, H. A. – Eberhard, A., Sest., ed. Leipzig 1877
Koechly[1], H., vide Halm[1] p. 931 (ad Sest. 8)
–[2], interpretatio germanica Sest., Stuttgart 1871
Krüger, G., Zu Cicero, Rhein. Mus. 27, 1872, 491–493
Kumaniecki, K. F., De numeris Tullianis et arte critica factitanda observationes aliquot, Ciceroniana n. s. 1, 1973, 69–82

Lallemand, I. N., ed. Parisiis 1768
Lambinus[1], D., ed. Parisiis 1565–1566
–[2], ed. Parisiis 1572–1573
Landgraf, G., Jahresbericht über die Litteratur zu Cicero's Reden aus den Jahren 1881. 1882. 1883, JAW 35, 1883, 1–73
Latendorf, F., De Ciceronis Sestianae 110, Jahrb. f. class. Philol. 81, 1860, 728
Laughton, E., Subconscious Repetition and Textual Criticism, CP 45, 1950, 73–83
Lehmann, Quaestiones Tullianae, Hermes 14, 1879, 212–218
Löwe, G., Zu Ciceros Sestiana, Jahrb. f. class. Philol. 111, 1875, 856
Luterbacher, F., Ciceros Reden, JPhV 13, 1887, 227–228. 233; 23, 1897, 67–70; 24, 1898, 233
–, Ciceros Reden, Sokrates N. F. 10, 1922, 81–82

Madvig[1], J. N., Opuscula academica 1, Hauniae 1834
–[2], Opuscula academica, Hauniae 1887
–[3], Adversaria critica 3, Hauniae 1884
Maehly, J. A., censura ed. Halmianae (Berlin 1853), Jahrb. f. class. Philol. 69, 1854, 38–52
Manutius, P., ed. Venetiis 1540
–, Comment. in M. T. Cic. oratt., ed. Ch. G. Richter, Lipsiae 1783
Maslowski, T., 21, ed. Lipsiae 1981
–, Some Remarks on London, British Library, Ms. Harley 4927, Rhein. Mus. 125, 1982, 141–161
–, Cicero's *Pro Sestio* in London, British Library, Ms Harley 4927, Classical Texts and their Traditions. Studies in Honor of C. R. Trahman, ed. D. F. Bright – E. S. Ramage, Chico, Calif. 1984, 155–178
Maslowski, T. – Rouse, R. H., The Manuscript Tradition of Cicero's post-Exile Orations: Part I: The Medieval History, Philol. 128, 1984, 62–104
Matthias, Th., Zu Ciceros Reden, Jahrb. f. class. Philol. 139, 1889, 274–279
Mommsen, Th., ap. Orelli – Baiter – Halm
Mueller, C. F. W., 2.3, ed. Lipsiae 1893
Mueller[1], O., Drei neue Fragmente *et* Glosseme im Cicero, Hermes 10, 1876, 117–119 *et* 119–120
–[2], Zu römischen Autoren, Hermes 12, 1877, 300–305
Mueller, O. M., Sest., ed. Coeslini [2]1831

Naugerius[1], A., ed. Venetiis 1519
–[2], ed. Venetiis 1534 (P. Victorius)
Nisbet, R. G. M., Speeches of Cicero, CR n. s. 16, 1966, 335–337
Novák[1], R., Tulliana, Listy filologické 14, 1887, 108–110
–[2], Ad Ciceronis Sestianam, Listy filologické 15, 1888, 11

Oehler, F., Zu Cicero pro Sestio, Philol. 16, 1860, 411
Opperskalski, Th., De M. Tulli Ciceronis orationum retractatione quaestiones selectae, Diss. Gryphiae 1914
Orelli[1], J. C., 2.2, ed. Turici 1826
–[2], Sest., ed. Heidelbergae 1835
Orelli, J. C. – Baiter, J. G. – Halm, C., 2.2, ed. Turici 1856
Ortmann, E., Emendationen zu Cicero, besonders zur Sestiana, Sokrates 33, 1879, 417–430

Pantagathus, O., ap. Ursinum
Passow, H. A., Zu Cicero pro Sestio XXXII, 69, Sokrates 14, 1860, 349–350
Paul, W., Zu Ciceros Sestiana, Sokrates 28, 1874, 305–331
Peterson, G., ed. Oxonii 1911
Peterson[1], W., Notes on Cicero, *Pro Sestio*, CQ 3, 1909, 266–271
Pluygers[1], W. G., Lectiones Tullianae, Mnem. 9, 1860, 323–335
–[2], Apomnemoneumata Gulielmi Georgii Pluygers, Mnem. n. s. 9, 1881, 113–148
Primmer, A., Cicero numerosus, Wien 1968
Probst, H., Zu Ciceros Sestiana, Jahrb. f. class. Philol. 97, 1868, 351–354

Rau, S. I. E., Variarum lectionum lib. ad Ciceronis orationes pertinens, 1 *et* 2, Lugduni Batav. 1834 *et* 1842
Reeve, M. D., vide Reynolds
Reid, J. S., ap. Holden
Reynolds, L. D., ed. Texts and Transmission: R. H. Rouse – M. D. Reeve, Cicero Speeches, Oxford 1893, 54–98
Richter, F., Zu Ciceros Rede für P. Sestius, Jahrb. f. class. Philol. 85, 1862, 271–276
Robson, E. I., Notes on Cicero Pro Sestio, CR 11, 1897, 303–304
Romana ed., Romae 1471
Rossberg, K., ed. Münster 1902
Rouse, R. H., Florilegia and Latin Classical Authors in Twelfth- and Thirteenth – Century Orléans, Viator 10, 1979, 131–160
–, vide Maslowski – Rouse; vide Reynolds

Scheibe, C., Coniecturae Tullianae, Jahrb. f. class. Philol. 81, 1860, 372–376
Schenkl, K., Zu Cicero pro Sestio 10, 24, Wien. St. 2, 1880, 300
Schmidt, F. W., Zu Ciceros Sestiana, Jahrb. f. class. Philol. 111, 1875, 490
Schmidt, P. L., Die Überlieferung von Ciceros Schrift De legibus, München 1974
Schönberger, O., Vermutungen, Helikon 8, 1968, 385
Schroeder, A., De interpellationibus in duabus Ciceronis orationibus pro Sestio et pro Plancio habitis, Bonnae 1865
Schuetz, Ch. G., ed. Lipsiae 1814–1823
Seyffert[1], M., Epistola critica ad Carolum Halmium de Ciceronis pro P. Sulla et pro P. Sestio orationibus ab ipso editis, Brandenburgi 1848
–[2], Zu Cicero's Briefen (ad Att. IV, 2), Rhein. Mus. 15, 1860, 628–634
–[3], Zu Cicero, Sokrates 15, 1861, 699–702
Shackleton Bailey, D. R., Sex. Clodius – Sex. Cloelius, CQ n. s. 10, 1960, 41–42
–, Two Studies in Roman Nomenclature, APA 1976
–, On Cicero's Speeches, HSCP 83, 1979, 237–285 (*huius paginas do*)
–, Sex. Cloelius again, Historia 30, 1981, 383
–, Notes on the Bobbio Scholia, AJP 105, 1984, 390–394
Skutsch[1], O., Cicero, *Pro Sestio* 72, CR 56, 1942, 116–117
–[2], Cicero, *Pro Sestio* 72 again, CR 57, 1943, 67
Spengel, L., Emendationes Tullianae, Philol. 2, 1847, 296–298
Stephanus, C., ed. Parisiis 1554

Steuding, H., Zu Ciceros Reden, Jahrb. f. class. Philol. 135, 1887, 480–481
Sydow[1], R., Kritische Beiträge zu Ciceros Reden, Philol. 92, 1937, 223–238
–[2], Kritische Beiträge zu Ciceros Sestiana, Rhein. Mus. 89, 1940, 74–78. 157–160

Tittler[1], A., Zu Cicero und Aeschylos, Jahrb. f. class. Philol. 91, 1865, 393–396
–[2], Restaurationsversuche auf dem Felde der Kritik, Jahrb. f. class. Philol. 99, 1869, 489–506
Tucker, G. M., Cicero, Pro Sestio 72, CR 56, 1942, 68–69

Urlichs[1], L., Zu Cicero pro Sestio 11, 26, Eos (Würzburg) 1, 1864, 38
–[2], Zur Kritik Cicero's, Rhein. Mus. 33, 1878, 150–156
Ursinus, F., In omnia opera Ciceronis notae, Antverpiae 1581 (repetitae ap. Lambinum, ed. Genevae 1584)

Vahlen, J., Vahleni adnotationes ad Ciceronem et Petronium, Rhein. Mus. 13, 1858, 296–304
van der Vliet, I., Cicero (pro Balbo § 17, § 36. pro Sestio § 34), Mnem. 23, 1895, 109–111
Verdier, R., censura editionis P. Cousin (Paris 1965), Latomus 24, 1965, 653–654

Wagner, G., Cic. De sen. 6, 16; Pro Sest. c. 33, § 72, Sokrates 15, 1861, 148
Weidner[1], A., Quaestionum criticarum specimen, Coloniae 1864
–[2], Adversaria Tulliana, Dortmund 1885
–[3], Zu Ciceros Sestiana, Jahrb. f. class. Philol. 135, 1887, 475–476
Wesenberg, A. S., Observationes criticae in M. T. Ciceronis pro P. Sestio orationem, sive censura tertiae editionis Orellianae, Viburgi 1837
Wimmel[1], W., Das verhängnisvolle Jahr. Zum Text von Ciceros Rede *Pro Sestio* § 15, Hermes 102, 1974, 467–475
–[2], Der Retter Cicero und die römische Krise (zur Überlieferung von Pro Sestio § 145), Hermes 103, 1975, 463–468
Wirz, H., Zu Ciceros Sestiana, Jahrb. f. class. Philol. 111, 1875, 489–490

Zielinski, T., Das Clauselgesetz in Ciceros Reden, Leipzig 1904

M. TVLLI CICERONIS
PRO P. SESTIO ORATIO

SIGLA

P = codex Parisinus 7794, s. IX^med.
  P[1] = prima manus
  P[2] = correcturae eiusdem fere aetatis
  P[3] = correcturae multo recentiores ex ed. Naugeriana 1519 sumptae
B = codex Bernensis 136, s. XII, e cod. **P** post correcturam descriptus ad stabiliendam manum **P**[2] adhibitus
L = bifolium orationis, s. IX^med., in codice Leidensi Voss. fol. 67 adservatum; continet §§ 88 p. 48, 15 – 99 p. 53, 20 *oppug*]*nare itineribus* . . . *magna multitudo*
  L[1] = prima manus
  L[2] = correcturae paulo recentiores
G = codex Bruxellensis 5345 (olim Gemblacensis), s. XI^in.
  G[1] = prima manus
  G[2] = correcturae paulo recentiores
E = codicis Berolinensis 252 (olim Erfurtensis), s. XII^in., quae exstant lectiones a J. Gulielmo enotatae in ed. Lambiniana (M. T. Cic. Opera omnia, ed. D. Lambinus, ap. P. Santandreanum, Lugduni 1577 – 1578), hodie in Bibl. Univ. Leid. 762. B. 9/10
H = codex Harleianus 4927, s. XII^ex., in quo oratio contracta exhibetur
  H[1] = prima manus
  H[2] = correcturae paulo recentiores
V = codex Vaticanus 1525 (olim Palatinus), a. 1467
N = codex recensionem Italicam continens ex cod. Parisino 1778 (**f**), s. XIV^ex., et Med. Laur. 76. 24 (**n**), s. XV^in., restitutus
S = codex Monacensis 15734 (olim Salisburgensis), ca. aa. 1465 – 1470
ς = non nulli codices recentiores
Schol. = Scholiasta Bobiensis
ed. R. = editio Romana 1471
ed. Asc. = editio Ascensiana 1531
ed. Herv. = editio Hervagiana 1534

NOTAE

Ang. = Angelius
Ba. = Bake
Cou. = Cousin
Eb. = Eberhard
Ern. = Ernesti
Fle. = Fleckeisen
Gar. = Garatoni
Gul. = Gulielmus
Ha. = Halm
Herm. = Hermann
He. = Hertz
Hot. = Hotomanus
Jac. = Jacob
Kar. = Karsten
Kimm. = Kimmig
Kays. = Kayser
A. Kl. = Alfr. Klotz
R. Kl. = Reinh. Klotz
Lb. = Lambinus
Mdv. = Madvig
Man. = Manutius
Mo. = Mommsen
Mue. = C. F. W. Mueller
Naug. = Naugerius
Or. = Orelli
Ortm. = Ortmann
Pet. = Peterson
Pluyg. = Pluygers
Ri. = Richter
Schroe. = Schroeder
Schue. = Schuetz
Sey. = Seyffert
Sh. B. = Shackleton Bailey
Syd. = Sydow
Url. = Urlichs
Weid. = Weidner
We. = Wesenberg
Zie. = Zielinski

TESTIMONIA

Cic., ad Q. fr. 2, 4, 1 (*scr. Romae m. Mart. a. 56*) Sestius noster absolutus est a. d. II Id. Mart. et, quod vehementer interfuit rei publicae, nullam videri in eius modi causa dissensionem esse, omnibus sententiis absolutus est.

ARGVMENTVM SCHOLIASTAE BOBIENSIS

P. Sestius amicissi⟨mus familiarissimusque Ciceronis fuit in col⟩legio tribunorum plebis qui fuerunt P. Lentulo Spinthere Quinto Metello Nepote cos. obstinate igitur et ipse se dediderat in consensum partis eius qui dignitatem suam M. Tullio restituere gestiebant. sed enim P. Clodio repugnante et conspiratam seditiose multitudinem congregante, ne quis istis ad revocandum Ciceronem daretur effectus, ad dimicationem usque processum est, ut P. Sestius gravissime et paene letaliter volneratus necessario cogeretur etiam ipse armatorum manum gladiatoriam, quod Milo iam fecerat, adhibere, praesidii scilicet gratia. sic enim potuit effici ut actionem quam pro Tullio instituerat optineret. postquam tamen Cicero ab exilio rediit, accusare de vi P. Clodius Sextium coepit inmisso velut principe delationis P. Albinovano et testimonium dicente P. Vatinio, ut hoc praecipue crimini daret, quod supergressus civilem modum rogationem suam non aequitate persuaserit, sed armis optinuerit. cui opponetur huius modi a Cicerone defensio, quae per qualitatem speciei duplicis *** nam relativum hoc erit, iuste et merito habuisse armatorum praesidia P. Sestium, ut Clodianos impetus ab illa dimicatione quam facere coeperat submoveret. illud vero ad conpensationem refertur, pro bona causa et rei publicae necessaria, etiamsi armatos habuerit, inpunitum esse debere, cum bene meritum de salute patriae civem restitui vellet omnium favente consensu. hanc igitur eandem causam plurimi defenderunt, in quis fuit Q. Hortensius, M. Crassus, C. (L. *cod.*) Licinius Calvus, parti-

bus inter se distributis quas in agendo tuerentur. itaque Tullius ea peroravit quae sibi fuerant explicanda nec, ut plerique arbitrati sunt, extra causam vagatus est. quamvis enim sciamus *** multa Ciceronem vel iratum vel dolentem de passionibus suis ultra paene quam res posceret exaggerare solitum, tamen quod hic prolixa qua-
5 dam turbulentissimi temporis descriptione[m] multum voluminis occupat, non mediocriter videtur ad praesens negotium pertinere. ostendendae sunt enim P. Clodii seditiosae turbulentaeque illius temporis actiones et iniuriae quas ipse Cicero perpessus sit, et utilitates quas in illius restitutione patria consecuta sit, ut recte ac necessario P. Sestius armatos habuisse videatur, propterea sit maxime praesentis
10 criminis invidia liberandus. multa quidem in orationis cursu praetermittemus quae propter similitudinem causae in commentario proxumae orationis ostendimus. ergo ne expectaveris ut, sicubi inciderit, eadem rursus iteremus.

1 Si quis antea, iudices, mirabatur quid esset quod pro tantis opibus rei
1 publicae tantaque dignitate imperi nequaquam satis multi cives forti et
magno animo invenirentur qui auderent se et salutem suam in discrimen
offerre pro statu civitatis et pro communi libertate, ⟨i⟩s [ex] hoc tempore
miretur potius si quem bonum et fortem civem viderit, quam si quem 5
aut timidum aut sibi potius quam rei publicae consulentem. nam ut
omittatis de unius cuiusque casu cogitando recordari, uno aspectu in-
tueri potestis eos qui cum senatu, cum bonis omnibus rem publicam ad-
flictam excitarint et latrocinio domestico liberarint, maestos, sordidatos,
reos de capite, de fama, de civitate, de fortunis, de liberis dimicantis; 10
eos autem qui omnia divina et humana violarint, vexarint, perturbarint,
everterint, non solum alacris laetosque volitare, sed etiam fortissimis
2 atque optimis civibus periculum moliri, de se nihil timere. in quo cum
multa sunt indigna, tum nihil minus est ferendum quam quod iam non
per latrones suos, non per homines egestate et scelere perditos, sed per 15
vos nobis, per optimos viros optimis civibus periculum inferre conantur,
et quos lapidibus, quos ferro, quos facibus, quos vi, manu, copiis delere
non potuerunt, hos vestra auctoritate, vestra religione, vestris sententiis
se oppressuros arbitrantur. ego autem, iudices, ⟨quoniam⟩, qua voce
mihi in agendis gratiis commemorandoque eorum qui de me optime meriti 20
sunt beneficio esse utendum putabam, ea nunc uti cogor in eorum peri-

INCIPIT·PRO·P·SESTIO **P** : M. TVLLIVS PRO P. SESTIO **H** : INCIPIT PRO SESTIO *Schol.* : M·TVLLII CICERONIS PRO SESTIO INCIPIT **G** : Incipit orat(i)o Marci Tuly Ciceronis pro Sestio apud iudices **V** || 1 pro **GHV** : pro *sed* -ro *in ras.* **P** || 2 imperii **PGHV** | nequaquam **P**^{2}**GHV** : nequam **P**^{1} || 4 libertate ⟨i⟩s [ex] hoc *Ba. 49* : libertates ex hoc **P**^{1} : libertate ex (et **V**) hoc **P**^{2}**GHV** : libertate is ex hoc *Mo.* || 6 timidum **P**^{2}**GHV** : midum **P**^{1} || 9 excitarunt . . . liberarunt *Ba. 50* || 10 liberis **PHV** : libris **G** || 11 autem **PHG**^{2} : hoc **G**^{1} | divina **P**^{2}**GHV** : divinae **P**^{1} | violarunt, vexarunt, perturbarunt, everterunt *Ba. 50* || 12 volitare sed etiam **P**^{2}**H** : **volutares etiam **P**^{1} : sed etiam voluntarios **GV** || 14 minus est **PH** : est minus **GV** | ferendum **GHV** : terendum **P** || 16 optimis **P**^{2}**GHV** : optimos **P**^{1} || 17 quos[1] **P**^{2}**GHV** : quod **P**^{1} | copiis **PHG**^{2}**V** : corpus **G**^{1} | delere **HG**^{2}**V** : dolere **G**^{1} : dolore **P** || 19 oppressuros **PHG**^{2} : oppressos **G**^{1}**V** | autem **PHG**^{2} : hoc **G**^{1} | quoniam *Ha.*[1] : quia ς *e.g. Escorial. R-I-15; quod vitiosum saltemque* quoniam *esse debere demonstravit Mdv.*[2] *341* : *om.* **PGHV** *prob. Mdv. puncto post p. 5,1* depellendis *posito* : si *R. Kl. Praef. IV* : quamquam *Reid ap. Holden 78* : ut *ante p. 5,1* vox *add. We. 6, ante p. 5,1* iis *Pet.*[1] *266* : ita *ante* vox *add. Sey.*[1] *55 cl. Manil. 3* : *lectione* **PGHV** *probata p. 5,1* iis . . . serviat *del. Ba. 51; cf. etiam Kimm. 34* || 20 commemorandoque **PGH**^{2}**V** : commorandoque **H**^{1} | eorum **P**^{2}**GHV** : *om.* **P**^{1} || 21 putabam **PGV** : putavi **H** | eorum **PGHV** : meorum *vel* multorum *Mue. Praef. III* : amicorum *Weid.*[2] *13; sed cf. A. Kl.*

culis depellendis, iis potissimum vox haec serviat quorum opera et mihi et vobis et populo Romano restituta est.

2 Et quanquam a Q. Hortensio, clarissimo viro atque eloquentissimo, 3 causa est P. Sesti perorata nihilque ab eo praetermissum est quod aut 5 pro re publica conquerendum fuit aut pro reo disputandum, tamen adgrediar ad dicendum, ne mea propugnatio ei potissimum defuisse videatur per quem est perfectum ne ceteris civibus deesset. atque ego sic statuo, iudices, a me in hac causa atque hoc extremo dicendi loco pietatis potius quam defensionis, querellae ⟨quam⟩ eloquentiae, doloris quam ingeni 10 partis esse susceptas. itaque si aut acrius egero aut liberius quam qui ante 4 me dixerunt, peto a vobis ut tantum orationi meae concedatis quantum et pio dolori et iustae iracundiae concedendum putetis. nam neque officio coniunctior dolor ullus esse potest quam hic meus susceptus ex hominis de me optime meriti periculo, neque iracundia magis ulla lau- 15 danda est quam ea quae ⟨est⟩ inflammata eorum scelere qui cum omnibus meae salutis defensoribus bellum esse sibi gerendum iudicaverunt. sed quoniam singulis criminibus ceteri responderunt, dicam ego de omni 5 statu P. Sesti, de genere vitae, de natura, de moribus, de incredibili amore in bonos, de studio conservandae salutis communis atque oti con- 20 tendamque, si modo id consequi potero, ut in hac confusa atque universa defensione nihil a me quod ad vestram quaestionem, nihil quod ad reum, nihil quod ad rem publicam pertineat praetermissum esse videatur. et quoniam in gravissimis temporibus civitatis atque in ruinis eversae atque adflictae rei publicae P. Sesti tribunatus est a Fortuna ipsa conlocatus, 25 non adgrediar ad illa maxima atque amplissima prius quam docuero quibus initiis ac fundamentis haec tantae summis in rebus laudes excitatae sint.

1 iis **PHG^2V** : is **G^1** || 3 quanquam **G** : quam- **PH** | a q. **PGV** : ab **H** | hortensio **PHG^2V** : holtensio **G^1** | clarissimo viro **PGV** : viro clarissimo **H** || 4 p. **PH** : *om.* **GV** || 5 reo **P^2H** : re **P^1** : re p. **G** : *plura om.* **V** || 6 ad dicendum **PHV** : **addicendum **G** || 8 a me *post* dicendi *transp.* **H** | hoc extremo **P** : extremo **G** : in extremo **V** : exercitio **H** | loco pietatis **PG^2** : locupletatis **G^1V** : locum pietatis **H** || 9 querellae *edd.* : querell** | **P^1** : querellam **P^2** : querelam (quae- **G**) **GHV** | quam **H** : *om.* **PGV** | eloquentiae **P^2GV** : eloquentia **P^1** : eloquentiam **H** | doloris **P^1G^1HV** : dolores **P^2BG^2** | ingenii **PGH** || 10 partis *edd.* : partes **P^2GHV** : partim **P^1** | esse **PH** : *om.* **GV** | acrius **PH** : carius **GV** | aut^2 **PHG^2V** : au **G^1** || 12 nam neque **G^2** *Mdv.*^{2} *341* : namque **P** : namqui **G^1** : numque **V** : numquam **H** || 13 ullus esse potest **H** : ullius esse potest **P** *sed cf. Mdv.*^{1} *435* : esse ullius potest**** **G** || 14–15 laudanda est *Ha.*^{1} : laudandans **P^1** : laudanda **P^2GH** : laudantis **V** || 15 ea quae ⟨est⟩ inflammata *A. Kl.* : ea inflammat **P^1** : illa quae inflammata **G** : ea quae me inflammat **P^2H** *He. 52* : mea inflammata *Ha.*^{3} *335; cf. etiam Kimm. 10* || 16 sibi gerendum **PGV** : gerendum sibi **H** || 19 otii **PG** : ocii **H** || 20 id **PGHV** : dicendo *Mue. Praef. IV* || 21 a me quod **P^2HG^2** : ad me quod **P^1** : quod a me **G^1V** : ab me quod (?) *Ha.*^{1} || 22 pertineat **PH** : pertinet **GV** | esse videatur **PH** : videatur esse **GV** || 26 haec **P^1** : h(a)e **P^2GHV** || 27 sint **PGV** : sunt **H**

3 6 Parente P. Sestius natus est, iudices, homine, ut plerique meministis, et sapiente et sancto et severo; qui cum tribunus plebis primus inter homines nobilissimos temporibus optumis factus esset, reliquis honoribus non tam uti voluit quam dignus videri. eo auctore duxit honestissumi et spectatissumi viri, C. Albani, filiam, ex qua hic est puer et nupta iam 5 filia. duobus his gravissumae antiquitatis viris sic probatus fuit ut utrique eorum et carus maxime et iucundus esset. ademit Albanio soceri nomen mors filiae, sed caritatem illius necessitudinis et benivolentiam non ademit. hodie sic hunc diligit ut vos facillume potestis ex hac vel adsi-
7 duitate eius vel sollicitudine et molestia iudicare. duxit uxorem patre 10 vivo optumi et calamitosissumi viri filiam, L. Scipionis. clara in hoc P. Sesti pietas extitit et omnibus grata, quod et Massiliam statim profectus est, ut socerum videre consolarique posset fluctibus rei publicae expulsum, in alienis terris iacentem, quem in maiorum suorum vestigiis stare oportebat, et ad eum filiam eius adduxit, ut ille insperato aspectu 15 conplexuque si non omnem at aliquam partem maeroris sui deponeret, et maximis praeterea suis studiis et officiis et illius aerumnam, quoad vixit, et filiae solitudinem sustentavit. possum multa dicere de liberalitate, de domesticis officiis, de tribunatu militari, de provinciali in eo magistratu apstinentia; sed mihi ante oculos obversatur rei publicae dignitas, quae 20

3–4 reliquis ... videri *Schol.* || 11 L. Scipionis filiam *Schol.* || 20 – p. 7, 1 rei publicae dignitas me ad se rapit et haec ... hortatur *Macrobius, GL V 624, 31; 645, 36*

3 factus **P²H** : tactum **P¹** : statutus **GV** | reliquis hominibus optumis tactum esset reliquis honoribus optumis tactum esset *inter* esset *et* reliquis *del.* **P²** || 4 non tam uti *Schol.* **PGV** : uti non tam **H** || 5 Albani *Sh. B.* : albini **PGH** || 6 hys **V** : *** (his *eras. videtur*) **PG** : *om.* **H** | gravissim eantiquitatis **N** : gravissumis (-imis **GHV** : gravissummis **P¹**) antiquitatis **P²GHV** : gravissumis ⟨summae⟩ antiquitatis *Mo. fort. recte* (*cf.* **P¹**) : gravissimis antiqu⟨ae sever⟩itatis *Weid. ap. Eb.* : gravissimis ⟨ac plenissimis⟩ antiquitatis *Busche, alii alia* (*cf. Mue. Praef. V*) | ut **GV** : *om.* **P¹** : *post* eorum (*sscr.* **P²**) *transp.* **P²H** || 7 Albanio *Sh. B. Two St. 6 cl. fam. 13, 8; Att. 13, 31, 4* : albano **P** : albino **GHV** | soceri **HP³** : ceteri **P¹** : ceterum (cae- **G**) **P²BG** || 8 mors **P²GHV** : *om.* **P¹** || 9 ademit **P²GHV** : ademi **P¹** || 10 eius **PHV** : *om.* **G** | ⟨alteram⟩ duxit *Schue., Koch³ 386* (*cf. de or. 1, 183*) *vel* duxit ⟨alteram⟩ *Koch* : duxit ⟨iterum⟩ *Mo.* || 11 calamitosissumi (-imi **V**) **PV** : calamitosi summi **H** : calamitatissimi **G** | filiam l. scipionis **P** : filiam c. scipionis **GEHV** : L. Scipionis filiam *Schol.* || 12 extitit **PH** : extat **GV** | et¹ **P²GV** : *om.* **P¹H** | massiliam **P²HG²V** : massilliam **P¹** : masilliam **G¹** || 13 socerum **GHV** : socereum **P** | consolarique **PH** : et consolari **GV** || 15 adduxit **PHV** : addu*xit (c *eras. videtur*) **G** || 16 conplexuque **G** : com- **PH** | at **P²GHV** : ad **P¹** | aliquam **PHV** : aliquem **G** | meroris **P²GHV** : memoris **P¹** | et (*in ras.* **P²**) **P²H** : et te **GV** || 17 praeterea suis studiis et *ego* : praeteritas esse sed iis et **P¹** : pr(a)eteritas esse diis et **GV** : *del.* **P²** : *om.* **H** : praeterea assiduisque *Mo.* : praeterea assiduisque studiis et *Mue. Praef. V* : praeter caritatem studiis et *Paul 309* : pro illa necessitudine studiis et *Pet.¹ 266* : praeterea beneficiis et *A. Kl.* : praeter necessitates subsidiis et *Syd.² 74* || 19 militari **PGV** : militum **H** || 20 obversatur **PG** : observatur **HV** | quae **PGHV** : *om. Macr.*

me ad sese rapit, haec minora relinquere hortatur. quaestor hic C. Antoni, collegae mei, iudices, fuit sorte, sed societate consiliorum meus. inpedior non nullius offici, ut ego interpretor, religione quo minus exponam quam multa P. Sestius, cum esset cum collega meo, senserit, ad me 5 detulerit, quanto ante providerit. atque ego de Antonio nihil dico praeter unum, numquam illum illo summo timore ac periculo civitatis neque communem metum omnium nec propriam non nullorum de ipso suspicionem aut infitiando tollere aut dissimulando sedare voluisse. in quo collega sustinendo atque moderando si meam in illum indulgentiam 10 coniunctam cum summa custodia rei publicae laudare vere solebatis, par prope laus P. Sesti esse debet, qui ita suum consulem observavit ut et illi quaestor bonus et bonis omnibus optimus civis videretur. 8

4 9 Idem, cum illa coniuratio ex latebris atque ex tenebris erupisset palamque armata volitaret, venit cum exercitu Capuam, quam urbem 15 propter plurimas belli opportunitates ab illa impia et scelerata manu temptari suspicabamur; C. Mevulanum, tribunum militum Antoni, Capua praecipitem eiecit, hominem perditum et non opscure Pisauri et in aliis agri Gallici partibus in illa coniuratione versatum. idemque C. Marcellum, cum is non Capuam solum venisset, verum etiam se quasi armo- 20 rum studio in maximam familiam coniecisset, exterminandum ex illa urbe curavit. qua de causa et tum conventus ille Capuae, qui propter

4–5 quam multa ... detulerit *Schol.*

1 sese **PGV** : se *Macr.* **H** | rapit **PHV** : rapuit **G** | h(a)ec **PGHV** : et haec *Macr.* | c. **PGV** : *om.* **H** || 2 colleg(a)e **PHG²** : collegi **G¹** | sorte **P²GHV** : sortes **P¹** || 3 nonnullius **P²GV** : nonnullus **P¹** : nonnulli **H** | officii **PGH** || 4 quam multa *Schol.* **PGV** : quanta **H** | P. Sestius ... senserit *Schol.; cf. R. Kl.¹ 26* : *om.* **P GHV** || 5 quanto **PHG²V** : quanta **G¹** || 5–8 nihil ... voluisse *om.* **H** || 6 civitatis *Naug.¹* : societatis **PGV** || 7 suspicionem **PG²V** : supitionem **G¹** || 8 dissimulando **P** : dissimilando **G** || 9.10 indulgentiam coniunctam **PHG²** : coniunctam indulgentiam **G¹V** || 10 vere **PH** : vero **GV** || 11 esse **PGV** : *om.* **H** | ita suum **PGV** : suum ita **H** || 12 et bonis omnibus *He. 53* : et vobis omnibus **P²BH** *fort. recte; cf. Kimm. 10* : *om.* **P¹GV** : et omnibus bonis *vel* et bonis *Ri. 271* : et nobis omnibus *R. Kl., Pet.¹ 267* : et omnibus *Koechly¹* : et mihi *Url.² 151* || 13 coniuratio **PH G²V** : cum iuratio **G¹** | latebris **PH** : lateribus **GV** || 14 cum exercitu **PGV** : *om.* **H** || 15 opportunitates **P** : opor- **GHV** || 16 temptari **PG²** : templari **G¹V** : ut temptari **H** | suspicabamur **PH** : conspicabamur **G²** : conspicabamus **G¹V** | c. mevulanum (-vol- **G²**) **PGEV** *hoc saepius est temptatum, propterea quod alterum nominis exemplum certum non suppetit* : et inde meaulanum **H** : C. Mefolanum (*vel* -ful-) *E. Hübner, Ephemeris epigraphica 2, 1875, 41 cl. CIL I² 802* MEFVlanus *cui congruit pagus Meflanus (vide CIL X 1455); cf. etiam W. Schulze, Zur Gesch. d. lat. Eigennamen, Berlin 1904, 214* : C. Menolavum *He. 59 cl. CIL I² 1604* MENOLAVI : C. Faesulanum *Url.² 151 cl. Sall. Cat. 59, 3; 60, 6* | T·R·mi·l· **P** | antoni **P¹G¹** : -ii **P²H** : antonius **G²** || 17 eiecit **PH** : proiecit **GV** || 17–21 hominem ... curavit *om.* **H** || 18 idemque **PGV** : itemque *Weid.¹ 9* : indidemque *Kays. Praef. IX* : *del. Ba. 53* || 19 is **P²V** : *is **G** : his **P¹** || 20–21 ex illa urbe *del. Kays. Praef. IX* || 21 ille **PHV** : illę **G** || 21–p. 8, 1 qui propter ... adoptavit *om.* **H**

salutem illius urbis consulatu conservatam meo me unum patronum adoptavit, huic aput me P. Sestio maximas gratias egit, et hoc tempore eidem homines nomine commutato coloni decurionesque, fortissimi atque optimi viri, beneficium P. Sesti testimonio declarant, periculum decreto 10 suo deprecantur. recita, quaeso, L. Sesti, quid decrerint Capuae decuriones, ut iam puerilis tua vox possit aliquid significare inimicis vestris, quidnam, cum se conroborarit, effectura esse videatur. DECVRIONVM DECRETA.

Non recito decretum officio aliquo expressum vicinitatis aut clientelae aut hospiti publici, aut ambitionis aut commendationis gratia, sed recito memoriam perfuncti periculi, praedicationem amplissimi benefici, 11 vocem offici praesentis, testimonium praeteriti temporis. atque illis temporibus isdem, cum iam Capuam metu Sestius liberasset, urbem senatus atque omnes boni deprehensis atque oppressis domesticis hostibus me duce ex periculis maximis extraxissent, ego litteris P. Sestium Capua arcessivi cum illo exercitu quem tum secum habebat. quibus hic litteris lectis ad urbem confestim incredibili celeritate advolavit. atque ut illius temporis atrocitatem recordari possitis, audite litteras et vestram memoriam ad timoris praeteriti cogitationem excitate. LITTERAE CICERONIS CONSVLIS.

6 ut ... significare *Schol.*

1 conservatam **P**^{2}**GV** : conservam **P**^{1} || 2 huic aput (apud **GV**) me p. sestio **PGV** : huic p. sestio apud me **H** | P. Sestio *del. Man.; at cf. R. Kl.*^{1} *26, Dietrich 509* | eidem **P** : fidem **H** : quidem **G**^{1}**V** : quidam **G**^{2} || 3 homines **PGV** : hominis **H** || 3–4 nomine ... viri *om.* **H** || 3 nomine **P** : nemine **GV** || 4 beneficium **PGV** : beneficiumque **H** | p. sesti **PGV** : *om.* **H** || 4–5 periculum decreto suo deprecantur **PGV** : periculumque deprecantur suo decreto **H** || 5 L. Sesti *Hot.; cf. fam. 13, 8, 1* : p. sesti **PG** : p. sexti **H** | decrerint **P** : decreverint **GHV** || 6 puerilis *Schol.* **GEV** : virilis **PH** | vox *Schol.* **PHG**^{2} : vos **V** : *om.* **G**^{1} | vestris **P**^{1}**G**^{1}**V** : *del.* **P**^{2} : *om.* **B** : nostris **HG**^{2} || 7 conroborarit **P** : corroborari et **GV** : corroboraret **H** | effectura **PGV** : effectā **H** | videatur **PH** : videbatur **GV** || 7.8 decurionum decreta **PGV** : decreta decurionum **H** || 9 aliquo **GHV** : aliqua (*sed* -a *ex* o *videtur*) **P** | clientel(a)e **PHG**^{2}**V** : clientenae **G**^{1} || 10 hospitii (-cii **H**) **PHG**^{2}**V** : hospitio **G**^{1} | publici **PGV** : pudici **H** | [aut] ambitionis ... gratia *Pluyg.*^{1} *331* : [aut ambitionis ... gratia] *Ortm. 418* | commendationis **PH** : commodationis **GV** || 11 beneficii **PGH** || 12 vocem *amicus quidam Lb.*^{1}*, cf. Mdv.*^{2} *343* : vicem **PGHV** *Ba. 54, Jac. 488, Herm.*^{5} *10, Kiene, R. Kl. Praef. IV* : indicem *Koechly*^{1}*; cf. Rab. perd. 18* : vindicem *Url.*^{2} *151* : lucem *Koch*^{3} *384 cl. de or. 2, 36* | officii **PGH** || 13 isdem **B** : eisdem **GV** : *om.* **H** : isdem cum *propter scissuram nunc caret* **P** || 13–15 urbem ... extraxissent *om.* **H** || 15 p. sestium **PGV** : eum **H** || 16 arcessivi **P** : arcersivi **G** : accersivi **H** | cum illo ... habebat *om.* **H** | hic litteris *om.* **H** || 17 incredibili **P**^{2}**GHV** : incredibile **P**^{1} || 17–p. 9, 7 atque ... Sestius *om.* **H** || 17 ut **B** : ne **PGV** : *lacunam suspicatus* ne ⟨mihi credatis, sed ipsi⟩ *explevit A. Kl. sed vide ne* ne *et* ut *confusa sint sicut § 118 p. 63, 3* ne *et* et *vel § 129 p. 68, 10* ut si *et* nisi : nunc ⟨ut⟩ *Syd.*^{2} *75* || 18 temporis **PV** : *om.* **G** | recordari **P**^{2}**G** : recordare **P**^{1}**V** | audite *edd.* : cludite **PG**^{1} : claudite **G**^{2} | litteras **PG**^{2}**V** : litteris **G**^{1} || 19 timoris **PG**^{2}**V** : timores **G**^{1}

Hoc adventu P. Sesti tribunorum plebis novorum, qui tum extremis 5
diebus consulatus mei res eas quas gesseram vexare cupiebant, reliquae-
que coniurationis impetus et conatus sunt retardati. ac postea quam est 12
intellectum ⟨M.⟩ Catone tribuno plebis, fortissimo atque optumo civi,
5 rem ⟨publicam⟩ defendente per se ipsum senatum populumque Roma-
num sine militum praesidio tueri facile maiestate sua dignitatem eorum
qui salutem communem periculo suo defendissent, Sestius cum illo exer-
citu summa celeritate est Antonium consecutus. hic ego quid praedicem
quibus hic rebus consulem quaestor ad rem gerendam excitarit, quos
10 stimulos admoverit homini studioso fortasse victoriae, sed tamen ni-
mium communem Martem belli casumque metuenti? longum est ea di-
cere, sed hoc breve dicam: si M. Petrei non excellens animus amore rei
publicae, non praestans in re publica virtus, non summa auctoritas apud
milites, non mirificus usus in re militari extitisset, neque adiutor ei
15 P. Sestius ad excitandum Antonium, cohortandum, accusandum, in-
pellendum fuisset, datus illo in bello esset hiemi locus, neque um-
quam Catilina, cum e pruina Appennini atque e nivibus illis emersisset
atque aestatem integram nanctus Italiae callis et pastorum stabula

1–2 qui extremis diebus ... cupiebant *Schol.* || 9–10 quos ... victoriae *Schol.* || 12 si M. Petrei *Schol.*

1 adventu **PV** : *om.* **G** | sesti **PG^{1}V** : sestio **G^2** | tum **PGV** : *om. Schol.* || 3 sunt **PG^{2}V** : sum **G^1** || 4 M. *add. Or.*^{1} || 5 rem p.] ·R·P· *ed. R.* : ·R· **PGV** | defendente **G^2** : detendente **PG^{1}V** || 6 maiestate sua dignitatem *Weid.*^{1} *6* : maiestatem suam dignitatem **PG** : maiestatem suam dignitatem⟨que⟩ *Ha.*^{1} : ⟨cum⟩ maiestate sua dignitatem *Mdv.*^{2} *344* || 7 sestius **P^{2}GV** : sestilius **P^1** | cum **PGV** : et cum **H** | exercitu **P^{2}GV** : exercitus **P^1** : suo exercitu **H** || 8 summa **PGV** : eadem **H** | est **GH** : ē (*ex* c, *ut videtur, in ras.* **P**) **PB** *unde* C. Antonium consecutus ⟨est⟩ *Ha.*^{1}; *at cf. Ri. 272, Pet.*^{1} *267* | hic **PH** : hoc (ħ *ut fere semper scr.* **G**) **GV** | ego **P^{2}GHV** : ergo **P^1** || 9 consulem quaestor *Weid.*^{1} *6* : consulemq: **P^1** : consulem **P^{2}GHV** | quos *Schol.* : quot **P^{2}GHV** : quod **P^1** || 10–11 homini ... metuenti *om.* **H** || 10 studioso fortasse *Schol.; cf. R. Kl.*^{1} *29* : studioso fortassis **P** : fortassis studioso **GV** || 11 martem **P^{2}GV** : artem **P^1** | belli casumque metuenti **P** : bellicosumque intuenti **GV** | ea **PG** : *om.* **HV** || 12 breve **PHV** : brevi **G** | dicam si **GV** : dii|cassi **P** : dicam **H** *sed vide quod sequitur* || 12–14 si ... extitisset *om.* **H** || 12 animus **P** : animo **GV** | amore *Lb.*^{1} : et (*in ras.* **P^2**) amore **P^{2}BGV** : et amor *Gul.* : et ⟨ardens⟩ amore *Pet.* || 13 re p. **PGV** : re gerenda *Ha.*^{1}, *Koechly*^{1} : re p. ⟨gerenda⟩ *Weid.*^{1} *9* || 14 neque **PGV** : nisi **H** | ei **PG** : rei **H** || 15 sestius **PG** : sextius **H** | antonium cohortandum **PG** : ad cohortandum antonium **H** | accusandum inpellendum *om.* **H** || 16 esset hiemi locus *om.* **H** | neque umquam **P** : nequaquam **GH** || 17 e nivibus **H** : e (*sscr.* **P^2**) nibibus **P** : m(o)enibus **GV** || 18–p. 10, 1 atque ... coepisset *om.* **H** || 18 nanctus **P^{1}G^1** : nactus **P^{2}G^{2}V** | italiae callis **PG** : silvestres callis *Eb.* : saltuum callis *Busche cl. Liv. 22, 14, 8* : intra callis (*?*) *Pet.* : Etruriae valles *Luterbacher 81* : Italiae valles (*vel* convalles) *Syd.*^{2} *75; similiter ac* ytalia et valeis **V** : saltuum (*vel* montium) callis ⟨relinquere⟩ *A. Kl.; cf. Kasten 321* : Apuliae callis *Cou.* : ⟨in⟩ Galliae calles *Url.*^{2} *151* : ⟨et⟩ Italiae calles [et] *Wirz* : [Italiae] callis *Paul 327* | stabula **GV** : stabula *ex* -ae *corr.* **P^1** : stabuli **B**

praedari coepisset, sine multo sanguine ac sine totius Italiae vastitate mi-
13 serrima concidisset. hunc igitur animum adtulit ad tribunatum P. Sestius,
ut quaesturam Macedoniae relinquam et aliquando ad haec propiora ve-
niam. quamquam non est omittenda singularis illa integritas provincialis,
quoius ego nuper in Macedonia vidi vestigia non pressa leviter ad exigui 5
praedicationem temporis, sed fixa ad memoriam illius provinciae sempi-
ternam; verum haec ita praetereamus ut tamen intuentes et respectantes
6 relinquamus; ad tribunatum, qui ipse ad sese iam dudum vocat et quo-
dam modo apsorbet orationem meam, contento studio cursuque venia-
mus. 10

14 De quo quidem tribunatu ita dictum ⟨est⟩ a Q. Hortensio ut eius
oratio non defensionem modo videretur criminum continere, sed etiam
memoria dignam iuventuti rei publicae capessendae auctoritatem disci-
plinamque praescribere. sed tamen, quoniam tribunatus totus P. Sesti
nihil aliud nisi meum nomen causamque sustinuit, necessario mihi de 15
isdem rebus esse arbitror si non suptilius disputandum, at certe dolen-
tius deplorandum. qua in oratione si asperius in quosdam homines invehi
vellem, quis non concederet ut eos, quorum sceleris furore violatus essem,
vocis libertate perstringerem? sed agam moderate et huius potius tempori
serviam quam dolori meo; si qui occulte a salute nostra dissentiunt, 20
lateant; si qui fecerunt aliquid aliquando atque eidem nunc tacent et

5 cuius . . . vestigia *Schol.*

1 praedari coepisset *cod. Ursini Ha.*^{1} : praeclari (-re *corr.* **P^1**) coepisset **P^1** : praeclara coepisset (cę- **G**) **P^{2}GV** : praeoccupare coep. *Mue., Koch^3 386* : peragrare coep. *Mdv.^{2} 345* : pervagari coep. *We. 18* : penetrare coep. *Or.^{2} 40* : perlustrare coep. *Koechly^1* : evagari coep. *Url.^{2} 151* : recludere (*vel* refringere) coep. *Wirz* : praecepisset *vel* praesidio sepsisset *Jac. 490* : praediaque cepisset *Maehly 40* : [praeclare] cepisset *Novák^2* : praeclara ⟨praedonum illa praesidia⟩ cepisset *Tittler^1* | ac sine . . . miserrima *om.* **H** || 2 attulit ad tribunatum **H** : apstulit ad tribunatum **P** : ad tribunatum attulit **GV** || 3 et . . . veniam *om.* **H** | propiora **G^2** : propora **G^1** : propriora **P** || 4 quamquam **GHV** : quamquam et aliquando **P** || 5 quoius (q *ex* c *videtur in* **P**) **PG^1** : cuius *Schol.* **H** : quot huius **G^2** | leviter ad **PHG^{2}V** : ad leviter **G^1** || 8 qui **P^1** : quia **P^{2}GHV** | sese **PG** : id **H** || 9 contento **PGV** : conten****** **H** | veniamus **PH** : veniam **GV** || 11–14 de quo . . . tamen *om.* **H** || 11 est **G^2** : *om.* **PG^{1}V** | a q. **P** : ab **GV** || 12 oratio non **P** : orationem **GV** | non (non *del.* **P^1**) videretur criminum **P^1** : criminum non videretur **G** : non videretur **V** : omnium videretur criminum *Paul 310* || 13 dignam iuventuti *Mdv.^{2} 345; cf. § 96 p. 52, 9 sqq.* : dignam iuti **P^1** : digna uti **P^{2}G** : digna esset uti **EV** || 14 quoniam . . . Sesti] qui tribunatus quoniam **H** || 15 meum nomen **PGV** : nomen meum **H** | sustinuit **PGV** : continuit **H** || 16 isdem **PG^{1}H** : iisdem **G^2** | at **P^{2}GHV** : ad **P^1** || 18 quis **PH** : quisquis **GV** | ut eos **PH** : *om.* **GV** | sceleris **PGV** : scelere **H** || 19 perstringerem **H** : prestringerem **P** : perstringere **G** : perstringeret **V** | agam *edd.* : aquam **P^1** : ut (*i. e.* vel) quam **P^{2}GV** : quam **H** | huius *edd.* : hu* **P^1** : hos **G^1** : huic **P^{2}HG^2** : hoc **V** || 21 eidem **P^1** : idem **P^{2}GHV**

quiescunt, nos quoque simus obliti; si qui se offerunt, insectantur, quoad ferri poterint, perferemus, neque quemquam offendet oratio mea nisi qui se ita optulerit ut in eum non invasisse sed incucurrisse videamur.

Sed necesse est, ante quam de tribunatu P. Sesti dicere incipiam, me 15
5 totum superioris anni rei publicae naufragium exponere, in quo colligendo ac reficienda salute communi omnia reperientur P. Sesti facta, dicta, consilia versata.

Fuerat ille annus iam in re publica, iudices, cum in magno motu et 7 multorum timore intentus ⟨est⟩ arcus in me unum, sicut vulgo ignari
10 rerum loquebantur, re quidem vera in universam rem publicam, traductione ad plebem furibundi hominis ac perditi, mihi irati, sed multo acrius oti et communis salutis inimici. hunc vir clarissimus mihique multis repugnantibus amicissimus, Cn. Pompeius, omni cautione, foedere, exe-

5–6 in quo ... communi *Schol.*

1 se offerunt **PH** : offendunt **GEV** | insectantur **P**^{1}**B** *Mdv.*^{2} *346* : insecuntur **G**^{1}**V** : insequuntur **G**^{2} : insectanter **HP**^{3} : et insequuntur **E** : insectentur *Krüger 491* : insectando *Weid.*^{1} *9* : insectentur, ⟨vos⟩ *vel* insectantes *A. Kl.* : insolenter *Cou.* : *del. G. Wichert* || 1.2 quoad ferri **P**^{2}**HG**^{2} : quod adferri **P**^{1} : quo afferri **G**^{1} : quoad ferre **V** || 2 poterint **PG**^{1}, *cf. Varr. ling. Lat. 9, 52; Lucr. 4, 486; Ov. fast. 6, 366; Vitr. 6, 8, 8* : poterunt **HG**^{2}**V** || 3 incucurrisse **P** : incurrisse **HG**^{2} : incurisse **G**^{1}**V** || 4–12 sed necesse ... inimici *om.* **H** || 4 est **P**^{2}**GV** : *om.* **P**^{1} || 5 rei p. **GV** : re p. **P**^{1} : in re p. **P**^{2}**B** | naufragium **PV** : naufraugium **G** | colligendo **P**^{2}**G** : colle- **P** || 6 repperientur **PGV** || 8 fuerat ille annus iam in re p., iudices, cum *Mdv.*^{2} *346; cf. etiam Mdv. ap. Ha.*^{1} *1451* : fuerat ille annus tam in re p. iudices (iudices **PG** : videlicet **V**) cum (cum **P**^{1} : quam **P**^{2}**GV**) **PGV** : fu⟨ror⟩ erat ille insanus iam in re p. ... cum *Ha.*^{1} : fu⟨rere coep⟩erat ille annus iam in re p. ... cum *Ha.*^{2} : f⟨er⟩-verat ille animus iam in re p. ... cum *Maehly 40* : ruebat ille insanus iam in re p. ... cum *Koechly*^{1} : fu⟨rere coep⟩erat ille insanus iam in re p. ... cum *Koechly*^{2} : t⟨err⟩uerat ille annus iam in re p. ... cum *Jeep*^{2} *295* : ⟨funestus⟩ fuerat ille annus iam in re p. ... cum *Dryander 1* : fuerat ⟨ater⟩ ille annus iam in re p. ... cum *Kays. Praef. IX* : fu⟨turus⟩ erat ille annus iam in re p. ... cum *R. Kl.* : funestus ille annus iam im⟨pendebat⟩ re⟨i⟩ p. ... cum *vel* ruebat ille annus iam in re⟨m⟩ p. ... cum *Eb.* : ⟨nondum ortus⟩ fuerat ille annus tam in⟨festus⟩ re⟨i⟩ p. ... cum *Url.*^{2} *152* : labefactarat ille annus iam tum (*vel* totam) re⟨m⟩ p. ... cum *Landgraf 59* : fu⟨g⟩erat ille annus iam inrep⟨arabilis rei p.⟩ ... quo *He. 59* : fuerat ille annus iam ⟨funestus⟩ in re p. ... cum *Grumme 9* : fuerat ille annus tam in re p., iudices, ⟨calamitosus quam fore suspicabamur tum⟩ cum *Pet.*^{1} *267* : fuerat ille aestus iam in re p. ... cum *Syd.*^{1} *228* : fuerat ille annus ⟨fa⟩ta⟨lis⟩ in re p. ... cum *Wimmel*^{1} : [fuerat ... cum] *Koch*^{3} *386* : fuerat ille annus ta⟨li⟩ in re p. ... quam⟨vis⟩ ... 9 intentus artius (*vel* ... qua⟨si⟩ ... 9 intentus arcus *Évrard* || 8 motu **PV** : metu **G** || 9 est *add. Mdv. ib.* : erat *Koch*^{3} *ib.* | arcus **P** : artius **G** : arcius **V** | sicut **P**^{2}**GV** : siut **P**^{1} || 9.10 ignari rerum *del. Kimm. 54; quasi his verbis non recte* vulgo *explanaretur* || 10 vera **P**^{2}**G** : vero **V** : *om.* **P**^{1} || 11 hominis **PN** : homines **GV** | mi(c)hi irati **P**^{2}**G** : michirati **P**^{1} : mirati **V** || 12 otii **PG** || 12–13 hunc ... Cn. Pompeius] Gn. pompeius vir clarissimus hunc tribunum mihi **H** || 12 multis **P** : multisque **GV** || 13 pompeius **PH** : pompei **GV** | cautione **PGV** : cautionum **H** | execratione **PGV** : execrationem **H**

cratione devinxerat nihil in tribunatu contra me esse facturum. quod ille
nefarius ex omnium scelerum colluvione natus parum se foedus violatu-
rum arbitratus ⟨est⟩, nisi ipsum cautorem alieni periculi suis propriis
16 periculis terruisset. hanc taetram inmanemque beluam, vinctam auspiciis,
alligatam more maiorum, constrictam legum sacratarum catenis, solvit 5
subito lege curiata consul, vel, ut ego arbitror, exoratus vel, ut non nemo
putabat, mihi iratus, ignarus quidem certe et inprudens inpendentium
tantorum scelerum et malorum. qui tribunus plebis felix in evertenda re
publica fuit nullis suis nervis – qui enim in eius modi vita nervi esse
potuerunt hominis fraternis flagitiis, sororiis stupris, omni inaudita libi- 10
17 dine insani? – sed fuit profecto quaedam illa rei publicae fortuna fatalis,
ut ille caecus atque amens tribunus plebis nancisceretur – quid dicam?
consules? hocine ut ego nomine appellem eversores huius imperi, prodi-
tores vestrae dignitatis, hostes bonorum omnium, qui ad delendum sena-
tum, adfligendum equestrem ordinem, extinguenda omnia iura atque in- 15
stituta maiorum se illis fascibus ceterisque insignibus summi honoris
atque imperi ornatos esse arbitrabantur? quorum, per deos inmortalis,
si nondum scelera vulneraque inusta rei publicae vultis recordari, vultum
atque incessum animis intuemini; facilius eorum facta occurrent mentibus
vestris, si ora ipsa oculis proposueritis. 20

6–7 vel ut ego ... putabat iratus *Schol.* || **10** fraternis ... sororis stupriis *Schol.* || **12–13** quid ... hocne ... appellem *Schol.*

1 quod **PGV** : at **H** || **2** natus **PGHV** : ⟨congluti⟩natus *Mue. Praef. VII* | se **P**^{2}**GHV** : si **P**^{1} || **3** arbitratus ⟨est⟩ *Pantagathus* : arbitratus (-s *in ras.* **P**) **PGHV** : lac. *post* **2** natus *statuit explevitque* non solum ipse turpiter neglexit, verum etiam Pompeium a me avertit *Ri. 272 cl. § 67,* non in me uno turpiter neglexit *Primmer 253* | cautorem *Naug.*^{1} : cautiorem **P**^{1}**BGHV** || **4** terruisset **PHG**^{2} : terruissent **G**^{1}**V** || **4–8** hanc ... plebis *om.* **H** || **4** inmanemque **G** : imm- **P** | vinctam **P**^{2}**GV** : vintam **P**^{1} || **6** lege curiata *Turnebus* : legum curiata (curia **P**^{2}**B**) **P** : legum **GV** : [legum] curiata *Url.*^{2} *152* : *del. Ortm. 418; sed cf. Kimm. 20* || **7** putabat *Schol.* : putare **P**^{1} *Pet.* : putaret **P**^{2}**GV** | mihi iratus *Naug.*^{2}*; cf. prov. cons. 42* : miratus **PGV** : iratus *Schol.* : m⟨alebat⟩ iratus *Pet.* | inpendentium **P** : impendium **GV** || **8–9** felix ... fuit] in evertenda re p. felix fuit **H** || **9** in eius modi vita *del. Kimm. 56* | modi **PGV** : *om.* **H** || **10** sororiis *Naug.*^{1} : sororis *Schol.* **PGHV** | stupris **PGHV** : stupriis *Schol.* || **11** insani **P**^{2}**GEHV** *Herm.*^{5} *10* : insane **P**^{1} : infamis *Naug.*^{2} : exhausti *Koechly*^{1} : exsanguis *Koch*^{3} *384 cl. § 24 p. 16, 1* : enervati *Kar. 9* : insanientis *Pet.* : incensi *Syd.*^{2} *76 cl. prov. cons. 24* | *puncto sublato* sed *cum antecedentibus coniunxit Sey.*^{1} *57* | quaedam **PGV** : *om.* **H** | illa rei p. (·R·P· **P**) **P**^{1}**GV** : in illa re p. **P**^{2}**BH** || **13** hocine **PG**^{1}**V** : hoccine **HG**^{2} : hocne *Schol.* | nomine appellem *Schol.* **PH** : appellem nomine **GV** || **16** fascibus **P**^{2}**GHV** : facibus **P**^{1} || **17** ornatos **PH** : natos **GV** || **18** nondum scelera **PGHV** : [nondum] scelera *Pluyg.*^{1} *331* : nefando scelere *Paul 311* : nefanda scelera *Pet.* | inusta rei p. **PH** : in ista re p. **GV** | recordari **P**^{2}**GHV** : recordare **P**^{1} || **19** incessum **GHVP**^{3} : incensum **P**^{1}**B** | facilius **P**^{2}**GHV** : facilus **P**^{1} || **20** si ... oculis **PH** : si ... oculis vestris **G**^{2} : *om.* **G**^{1}**V**

8 18 Alter unguentis afluens, calamistrata coma, respiciens conscios stu-
prorum ac veteres vexatores aetatulae suae, puteali et faeneratorum
gregibus inflatus, a quibus conpulsus olim, ne in Scyllaeo illo aeris alieni
tamquam in fretu ad columnam adhaeresceret, in tribunatus portum
5 perfugerat, contemnebat equites Romanos, minitabatur senatui, vendi-
tabat se operis atque ab iis se ereptum ne de ambitu causam diceret prae-
dicabat, ab isdemque se etiam invito senatu provinciam sperare dicebat;
eamque nisi adeptus esset, se incolumem nullo modo fore arbitrabatur.
19 alter, o di boni, quam taeter incedebat, quam truculentus, quam terribilis
10 aspectu! unum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperi veteris,
imaginem antiquitatis, columen rei publicae diceres intueri. vestitus
aspere nostra hac purpura plebeia ac paene fusca, capillo ita horrido ut
Capua, in qua ipsa tum imaginis ornandae causa duumviratum gerebat,
Seplasiam sublaturus videretur. nam quid ego de supercilio dicam, quod
15 tum hominibus non supercilium, sed pignus rei publicae videbatur? tanta
erat gravitas in oculo, tanta contractio frontis, ut illo supercilio annus
ille niti tamquam ⟨vade⟩ videretur. erat hic omnium sermo: 'est tamen 20
rei publicae magnum firmumque subsidium; habeo quem opponam labei
illi atque caeno; vultu me dius fidius collegae sui libidinem levitatemque

1 alter unguentis afluens *Schol.* | (calamistrata coma) *cf. Serv. Aen. 12, 100* unde etiam Cicero calamistratam comam appellat frequenter || 2 vexatores aetatulae suae *Schol.* || 2–5 puteali ... in freto ... perfugeret *Schol.* || 17 tamquam vade *Probus, GL IV 19, 18*; vultu tamquam vade *Probus, GL IV 30, 27 ubi* vultu *pro* supercilio *substitutum videtur*

1 unguentis *Schol.* **PV** : ungentis **G** : e unguentis **H** | afluens *Schol.* **P**^{1} : aff- **P**^{2}**GHV** | respiciens *Sh. B. 268* : despiciens **PGHV** | conscios **PHG**^{2} : conscius **G**^{1}**V** || 2 puteali *Schol.* **PG** : putealis **H** | faeneratoribus *ex* -rum **H**^{1} || 3 inflatus *Schol.* **PGHV** : insultans *O. Ribbeck* || 3–5 a quibus ... perfugerat *om.* **H** || 3 a quibus *Schol.* : qui **P**^{1} : atque **P**^{2}**GV** | ne in Scyllaeo *Schol.* : ne scillaeo **P** : nesculeo **GV** || 4 tamquam *Schol.* : *om.* **PGV** | in^{1} *del. Sey.*^{1} *57; sed cf. Kimm. 22* | fretu **P**^{1} *cf. Verr. 5, 169* perangusto fretu *et Probus ap. Gell. 13, 21, 15* : freto *Schol.* **P**^{2}**BGV** || 5 perfugerat **PGV** : perfugeret *Schol.* | equites **PGV** : equites et **H** || 5–8 minitabatur ... arbitrabatur *om.* **H** || 5 venditabat equites R. minitabatur senatui *inter* senatui *et* venditabat *del.* **P**^{2} || 7 isdemque **PG**^{1} : iisdemque **G**^{2} || 8 arbitrabatur **G** : arbitratur **P** || 9 di **PG** : dii **H** || 10 te *post* 11 diceres *transp.* **H** || 12 hac **P**^{2}**HG**^{2} : h(a)ec **P**^{1}**G**^{1}**V** || 13–14 Capua ... quod *om.* **H** || 13 in **P** : *om.* **GV** | ipsa **P**^{1}**GV** : ipse **P**^{2}**B** | gerebat **P** : genera vel **GV** || 14 Seplasiam *edd.* : sepiasiam **PGV** | sublaturus **P**^{2}(?)**V** : sublaurus **P**^{1}**BG** | quid **P**^{2}**B** : quidem **P**^{1}**GV** | supercilio *ed. R.* : supero illo **PGV** || 15 tum **PGV** : iam **H** | videbatur **PGV** : videtur **H** || 16 contractio frontis **PGV** : frontis contractio **H** || 16–17 ut ... videretur *om.* **H** || 16 annus *Lb.*^{1} : antuus **P** : anantuus **G** : vel amnancius anancius **V** : magistratus *Herm.*^{3} *5 adn. 9* : consulatus *Schue.* : annus novus *R. Kl.*^{2} : cincinnatus (*sc. Gabinius*) *Jeep*^{5} *8* || 17 vade *nisus Probo add. Mdv.*^{2} *348* | hic **PGV** : denique hic **H** | tamen **PGV** : tandem **H** || 18 labei **G**^{1}**HV** : labe^{i} **P** : labi **G**^{2}

franget; habebit senatus in hunc annum quem sequatur; non derit auctor et dux bonis.' mihi denique homines praecipue gratulabantur, quod habiturus essem contra tribunum plebis furiosum et audacem cum amicum et adfinem tum etiam fortem et gravem consulem.

9 Atque eorum alter fefellit neminem. quis enim clavum tanti imperi 5 tenere et gubernacula rei publicae tractare in maximo cursu ac fluctibus posse arbitraretur hominem emersum subito ex diuturnis tenebris lustrorum ac stuprorum, vino, ganeis, lenociniis adulteriisque confectum, cum is praeter spem in altissimo gradu alienis opibus positus esset, qui non modo tempestatem inpendentem intueri temulentus, sed ne lucem 10 21 quidem insolitam aspicere posset? alter multos plane in omnis partis fefellit. erat enim hominum opinioni nobilitate ipsa, blanda conciliatricula, commendatus. omnes boni semper nobilitati favemus, et quia utile est rei publicae nobiles homines esse dignos [a] maioribus suis, et quia valet aput nos clarorum hominum et bene de re publica meritorum 15 memoria etiam mortuorum. quia tristem semper, quia taciturnum, quia subhorridum atque incultum videbant, et quod erat eo nomine ut ingenerata familiae frugalitas videretur, favebant, gaudebant et ad integrita- 22 tem maiorum spe sua hominem vocabant materni generis obliti. ego autem — vere dicam, iudices, — tantum esse in homine sceleris, audaciae, 20 crudelitatis, quantum ipse cum re publica sensi, nunquam putavi; nequam esse hominem et levem et falsa opinione, errore hominum ab adulescentia commendatum sciebam. etenim animus eius vultu, flagitia parietibus tegebantur. sed haec opstructio nec diuturna est neque obduc- 10 ta ita ut curiosis oculis perspici non possit. videbamus genus vitae, desi- 25 diam, inertiam; inclusas eius libidines qui paulo propius accesserant in-

12 (blanda conciliatricula) *cf. Ambr. expos. Luc. 4, 31* (*CSEL XXXII 4 p. 154, 19*) atque hoc ipso perniciosior ambitio, quod blanda quaedam est conciliatricula dignitatum

1 habebit **P^{2}HG^2** : habebat **P^{1}G^{1}V** | derit **PG** : deerit **HV** || 2 dux bonis **PH** dux Boni **V** : dux. Bonum **G** | homines **PGV** : omnes **H** || 5 imperii **PGH** || 6 ac **PGV** : et **H** || 8 vino **PHG^2** : uno **G^1** || 9 is **P^{2}GHV** : his **P^1** || 10 inpendentem (imp- **H**) intueri **PH** : intueri inpendentem (inpudentem **V**) **GV** || 11 in omnis partis (-tes **GV**) **PGV** : *om.* **H** || 12 hominum opinioni **P^{2}B** : hominum opinione **P^{1}GHV** : *del. Kimm. 58* || 13 semper **PGV** : *om.* **H** || 14–16 utile est . . . quia^1 *om.* **H** || 14 utile est **P^{2}G** : utilest **P^1** | rei p. **GVP^3** : re p. **P^{1}B** | a *del.* **N** || 15 aput **P** : apud **G** | bene *edd.* : sene **P^1** : senex **P^{2}GV** || 16 tristem **PGV** : eum tristem **H** || 17 subhorridum **PGH^{2}V** : subhoridum esse **H^1** || 18 familiae **PH** : familia **GV** | frugalitas **PGV** : nobilitas **H** || 19 ⟨re⟩vocabant *Probst 352* | autem **PH** : hoc **G** || 21 nunquam **H** : num- **PG** || 22 esse **PGV** : enim **H** | falsa opinione errore **PGHV** *cf. Mdv.^{2} 366* : falsa opinione [errore] *Ha.^{2}* : [falsa opinione] errore *Pluyg.^{1} 332* : [falsa] opinione [errore] *Ortm. 419, Kimm. 35* || 23 animus **PG^{1}HV** : animum **G^2** || 24 tegebantur **PH** : tegebant **GV** || 26 paulo **P^{2}H** : paulo ante **P^{1}GV** | propius **P^{2}GHV** : proprius **P^1** | acceserant **P^1**

tuebantur; denique etiam sermo nobis ansas dabat quibus reconditos
eius sensus tenere possemus. laudabat homo doctus philosophos nescio 23
quos neque eorum tamen nomina poterat dicere, sed tamen eos laudabat
maxime qui dicuntur praeter ceteros esse auctores et laudatores volup-
5 tatis; quoius et quo tempore et quo modo non quaerebat, verbum ipsum
omnibus animi et corporis ⟨partibus⟩ devorarat; eosdemque praeclare
dicere aiebat sapientis omnia sua causa facere, rem publicam capessere
hominem bene sanum non oportere, nihil esse praestabilius otiosa vita,
plena et conferta voluptatibus; eos autem qui dicerent dignitati esse
10 serviendum, rei publicae consulendum, offici rationem in omni vita, non
commodi esse ducendam, adeunda pro patria pericula, vulnera excipien-
da, mortem oppetendam, vaticinari atque insanire dicebat. ex his assi- 24
duis eius cotidianisque sermonibus, et quod videbam quibuscum homi-
nibus ⟨in⟩ interiore parte aedium viveret, et quod ita domus ipsa fuma-
15 bat ut multa eius †sermonis† indicia redolerent, statuebam sic, boni ni-
hil ab illis nugis esse exspectandum, mali quidem certe nihil pertimescen-
dum. sed ita est, iudices: ut, si gladium parvo puero aut si inbecillo seni
aut debili dederis, ipse impetu suo nemini noceat, sin ad nudum vel
fortissimi viri corpus accesserit, possit acie ipsa et ferri viribus vulnerare,

9–10 eos ... dignitati serviendum *Schol.* || **17** ut ... puero *Schol.*

1 sermo nobis *R. Kl.*, *Busch* : sermonis **PGHV** : sermo hominis (*hoc per compendium* HIS) *Jeep*^{2} *296* | reconditos **GHV** : conditos **P** || **3** nomina **P**^{2}**GHV** : nomine **P**^{1} || **4** maxime **PH** : *om.* **GV** || **5–8** quoius ... oportere *om.* **H** || **6** omnibus animi et corporis ⟨partibus⟩ *Ha.*^{2}; *cf. sen. 14* in omni parte corporis *et Att. 3, 7, 3* omnis partis mentis : omnibus animi et corporis (corporis **P**^{2}**GV** : co **P**^{1}) **PGV** (*ex lectione* **P** *apparet substantivum quod deest post* corporis *intercidisse*) : omnibus modis animi et corporis **N** *ed. R.* : sensibus *post* corporis *add. Ha.*^{1}, portis *Jac. 495*, poris *He. 65* : partibus *post* omnibus *add. Or.*^{2}, viribus *We. 19*, rationibus *Sey.*^{1} *58*, *alii alia* : omni vi *pro* omnibus *Mdv.*^{2} *350* | devorarat *Ang.* : devorat **PGV** : devorabat *Naug.*^{1} || **8** nihil (-ch- **P**) **PGV** : aiebat nihil **H** || **9** plena et conferta **PH** : et conferta plena **G** : [plena] et conferta *A. Kl.* | autem *Schol.* **PHG**^{2} : hoc **G**^{1}**V** | qui *Schol.* **P**^{2}**GHV** : quid **P**^{1} | esse **PGHV** : *om. Schol.* || **10** officii **PGH** || **11** ducendam **G**^{2}**N** : ducendum **PG**^{1}**V** : dicendam **H** | adeunda **PH** : subeunda **GV** || **14** in interiore **H** : interiore **P** : interiori **GV** | parte aedium *edd.* : parte naedium **P**^{1} : parte nediu **GV** : parte in aedium **P**^{2}**B** : edium parte **H** | et **PHV** : eo *sed* o *ex* t *videtur* **G** || **15** sermonis **PHG**^{2}**V** : sermones **G**^{1} : vitae *vel* libidinum *Ri. 272* : sodalicii *vel* sodalitatis *Probst 352* : nidoris *Eb.* : sectae *Schenkl* : sermonum *He. 66; cf. Ri. 272* : sordium *vel* caeni (*i. e. sordidae vitae*) *Ha.*^{2} : foetoris *Mue. Praef. IX* : sessionis *Heubner* : sec⟨tae, quam indicabant ser⟩mones *Hornstein* : helluationis *pro* eius sermonis *Nisbet 336* : indolis *Grumme 10* | redoleret *Man.* || **16** nugis **PGHV** : rugis *Matthias 279 cl. sen. 15* | esse **GV** : *om.* **PH** || **18** aut **PGHV** : ac *Lb.*^{1}, *Pluyg.*^{1} *332; sed cf. § 31 p. 19, 14–15* oratio tam longa aut tam alte repetita, *§ 100 p. 54, 9* periculorum aut insidiarum; *cf. etiam Mue. Praef. IX* || **19** ferri viribus **GV** : ferviribus **P**^{1} : fervoribus **P**^{2}**H** | vulnerare *Lb.*^{1} : vulnerari **PGHV**

⟨ita⟩, cum hominibus enervatis atque exsanguibus consulatus tanquam
gladius esset datus, qui per se pungere neminem unquam potuissent, ii
summi imperi nomine armati ⟨nuda⟩tam rem publicam contrucidarunt.
foedus fecerunt cum tribuno plebis palam, ut ab eo provincias acciperent
quas ipsi vellent, exercitum et pecuniam quantam vellent, ea lege, si ipsi 5
prius tribuno plebis adflictam et constrictam rem publicam tradidissent.
25 id autem foedus meo sanguine ictum sanciri posse dicebant. qua re pate-
facta – neque enim dissimulari tantum scelus poterat nec latere – pro-
mulgantur uno eodemque tempore rogationes ab eodem tribuno de mea
pernicie et de provinciis consulum nominatim. 10

11 Hic tum senatus sollicitus, vos, equites Romani, excitati, Italia cuncta
permota, omnes denique omnium generum atque ordinum cives summae
rei publicae a consulibus atque a summo imperio petendum esse auxilium
arbitrabantur, cum illi soli essent praeter furiosum illum tribunum duo
rei publicae turbines, qui non modo praecipitanti patriae non subveni- 15
rent, sed eam nimium tarde concidere maererent. flagitabatur ab his
cotidie cum querellis bonorum omnium tum etiam precibus senatus, ut
meam causam susciperent, agerent aliquid, denique ad senatum refer-
rent; non modo negando, sed etiam inridendo amplissimum quemque
26 illius ordinis insequebantur. hic subito cum incredibilis in Capitolium 20
multitudo ex tota urbe cunctaque Italia convenisset, vestem mutandam
omnes meque iam omni ratione privato consilio, quoniam publicis duci-
bus res publica careret, defendendum putarunt. erat eodem tempore se-

1 ita **H** : *om.* **PGV** : sic *Ha.*[1] *fort. recte* || 2 pungere **PHG**^{2}**V** : punge **G**^{1} | ii **GV** : hii **P**^{1} : hi **P**^{2}**H** || 3 armati ⟨nuda⟩tam *Imelmann* : armati tam **P**^{1}**G** : armati **HV** : arma **P**^{2}**B** : armati tamen **N** *ed. R.*, *H. Keil 17* : arm. tum *Ha.*[1] : arm. ⟨tan⟩tam *Maehly 42* : arm. ⟨to⟩tam *Pluyg.*[1] *332* : arm. ⟨cunc⟩tam *R. Kl. Praef. XXVII* | contrucidarunt **P** *Zie. 206* : -averunt **GV** : trucidarunt **H** || 4–14 foedus . . . arbitrabantur *om.* **H** || 4–6 palam . . . plebis *om.* **V** || 4 palam *del. W. N. du Rieu, Mnem. 3, 1854, 232* || 5 ipsi **P**^{2}**G** : ipse **P**^{1} | ipsi **PG**^{2} : ipsius **G**^{1} || 6 constrictam **GEV** : conscriptam **P** || 7 autem **PG**^{2} : hoc **G**^{1}**V** | ictum sanciri **PGV** *Robson 304* : tantum sanciri *Koch*[1] *273* : clam sanciri *Eb.* : idem sanciri *Binsfeld 8* : ici[um sanciri] *Pluyg.*[1] *332* : [ictum] sanciri *Kimm. 36, Reid ap. Holden 108* : actutum sanciri *Schmidt* || 8 dissimulari **GN** : dissimulare **PV** || 9 eodemque **P**^{2}**GV** : eodemqui **P**^{1} || 10 consulum nominatim **P** : nominatim consulum **GV** || 11 equites ·R· (R *in ras.* **G**) **PG** : equites sunt **V** | Italia *Naug.*[1] : ita illa **PGV** || 12.13 summae rei p. **P**^{1}**GV** : summa e re p. **P**^{2}**B** || 14 cum illi soli essent **PGV** : hi duo soli fuerunt **H** | duo **PH** : aduo **G** : aduos **V** || 16 eam **PH** : etiam **GV** : eam etiam *Ern.* | m(a)ererent **PH** : mererentur **GV** | his **PH** : iis **G** || 17 querellis **P** : querelis **GH** || 18 *post* aliquid *signum distinctionis habet* **G** *quod prob. Ba. 66, ante* aliquid **P** | denique . . . referrent *om.* **H** || 20 insequebantur (-s- *sscr.* **P**^{2}) **PGV** : insequebatur **H** || 20–23 cum . . . tempore *om.* **H** || 22 iam *Mdv.*[2] *352* : etiam **PGV** : etiam *post* ratione *transp. Url.*[1] | *interpunctionem post* ratione, *quod* omni ratione privato consilio *non sint ablativi inter se coordinati, sustulit We. 21* || 23–p. 17, 2 senatus . . . ordo] senatus et universus ordo flens consulatus mei causa **H**

natus in aede Concordiae, quod ipsum templum repraesentabat memoriam consulatus mei, cum flens universus ordo cincinnatum consulem orabat; nam alter ille horridus et severus consulto se domi continebat. qua tum superbia caenum illud ac labes amplissimi ordinis preces et
5 clarissimorum civium lacrimas repudiavit! me ipsum ut contempsit helluo patriae! nam quid ego patrimoni dicam, quod ille tum cum quaestum faceret amisit? venistis ad senatum, vos, inquam, equites Romani et omnes boni veste mutata vosque pro meo capite ad pedes lenonis inpurissimi proiecistis, cum vestris precibus ab latrone illo repudiatis vir
10 incredibili fide, magnitudine animi, constantia, L. Ninnius, ad senatum de re publica rettulit, senatusque frequens vestem pro mea salute mutandam censuit.

12 27 O diem illum, iudices, funestum senatui bonisque omnibus, rei publicae luctuosum, mihi ad domesticum maerorem gravem, ad posteritatis me-
15 moriam gloriosum! quid enim quisquam potest ex omni memoria sumere inlustrius quam pro uno cive et bonos omnis privato consensu et universum senatum publico consilio mutasse vestem? quae quidem tum mutatio non deprecationis est causa facta, sed luctus. quem enim deprecarere, cum omnes essent sordidati, cumque hoc satis esset signi esse inprobum,
20 qui mutata veste non esset? hac mutatione vestis facta tanto in luctu civitatis, omitto quid ille tribunus omnium rerum divinarum humanarumque praedo fecerit, qui adesse nobilissimos adulescentes, honestissimos equites Romanos, deprecatores salutis meae iusserit eosque operarum suarum gladiis et lapidibus obiecerit; de consulibus loquor, quorum

16–17 pro uno cive et bonos omnes et universum senatum mutasse vestem *Schol.*

1 repraesentabat **P** : repr(a)esentabant **GV** | memoriam *Ang.* : me **PGV** || 2 consulem **P**^{2}**GH** : consul **P**^{1} || 3 horidus **P**^{1} || 4 qua tum **PV** : quantum **G**^{1} : quanta **HG**^{2} || 5 clarissimorum civium *om.* **H** | repudiavit **PHG**^{2} : repuditavit **G**^{1}**V** | contemsit **P** || 6 patrimonii **PGH** | quod **P**^{2}**GHV** : quid **P**^{1} | tum cum *Paul 306* : tum qua **P**^{1} : tum (tu **V**) quasi **P**^{2}**GHV** : ⟨to⟩tum quamvis *Ha.*^{1} || 7 venistis ad senatum *om.* **H** | venistis *Ha.*^{1} : venisset **PGV** | vos **PH** : vos vos **GV** || 8 boni **P**^{2}**GHV** : bone **P**^{1} | veste mutata **P**^{2}**H** : vestem muta **P**^{1} : vestem mutastis **GV** | vosque **PGV** : vos inquam **H** | lenonis **PGV** : latronis **H** || 9 proiecistis, cum] proiecistis. tum *Ha.*^{1} || 9–12 cum ... censuit *om.* **H** || 10 incredibili **N** : incredibilis **PGV** | constantia **P** : *om.* **GV** || 11 de ·R·p· **PN** : de publica ·r· **GV** | retulit **PG** | vestem **P**^{2}**GV** : vetem **P**^{1} || 16 cive *Schol.* **PG**^{1}**HV** : civi **G**^{2} | bonos *Schol.* **PH** : bono **GV** | privato consensu **PGHV** : *om. Schol.* || 17 publico consilio **PGV** : publeo consio **H** : *om. Schol.* || 17–20 quae ... facta *om.* **H** || 18 est causa **P** : causa est **GV** | deprecarere **P** : deprecare se **GV** || 19 ⟨bonum⟩ cum *Paul 319* : cum ⟨boni⟩ *Ri. 271* | cumque **P**^{1}**GV** : cum **P**^{2}**B** || 20 mutata **P**^{2}**G**^{2} : multa **P**^{1}**G**^{1}**V** | hac ... facta *ut glossema ad verba* tanto in luctu *appositum del. Eb., Kimm. 37* | hac **P**^{2}**GV** : haec **P**^{1} : ac *Weid.*^{2} *12* | vestis facta **P** : facta vestis **GV** | tanto in **PGV** : in tanto **H** : tanto illo *Weid.*^{2} *ib.* || 21 quid **P**^{2}**GHV** : inquid **P**^{1} || 22–p. 18, 1 qui ... debuit *om.* **H** || 23 operarum **PV** : opera**rum **G**

28 fide res publica niti debuit. exanimatus evolat ex senatu, non minus perturbato animo atque voltu quam si annis ante paucis in creditorum conventum incidisset; advocat contionem, habet orationem talem consul qualem numquam Catilina victor habuisset: errare homines si etiam tum senatum aliquid in re publica posse arbitrarentur; equites vero Ro- 5 manos daturos illius dies poenas, qui me consule cum gladiis in clivo Capitolino fuissent; venisse tempus iis qui in timore fuissent – coniuratos videlicet dicebat – ulciscendi sui. si dixet haec solum omni supplicio esset dignus; nam oratio ipsa consulis perniciosa potest rem publicam
29 labefactare; quid fecerit videte. L. Lamiam, qui cum me ipsum pro 10 summa familiaritate quae mihi cum patre eius erat unice diligebat, tum pro re publica vel mortem oppetere cupiebat, in contione relegavit, edixitque ut ab urbe abesset milia passuum ducenta, quod esset ausus pro civi, pro bene merito civi, pro amico, pro re publica deprecari.

13 Quid hoc homine facias, aut quo civem inportunum aut quo potius 15 hostem tam sceleratum reserves? qui, ut omittam cetera quae sunt ei cum conlega inmani impuroque coniuncta atque communia, hoc unum habet proprium, ut ex urbe expulerit, relegarit non dico equitem Romanum, non ornatissimum atque optimum virum, non amicissimum rei publicae civem, non illo ipso tempore una cum senatu et cum bonis om- 20 nibus casum amici reique publicae lugentem, sed civem Romanum sine

5–6 equites vero daturos illius dies poenas *Caesellius ap. Gell. 9, 14, 6* || 8 si dixisset haec solum (*sed in explicatione haec leguntur:* et notabiliter media verbi parte subtracta non implevit omnibus syllabis 'dixisset', sed 'dixet') *Schol.* || 13–14 quod ausus esset pro cive ... cive ... deprecari *Schol.* | quod ... merito civi *Priscianus, GL II 345, 4*

2 voltu **PH** : vultu **G** | anis **P**^{1} || 3 advocat **PH** : et advocat **GV** || 4 habuisset **PGV** : habuisse **H** || 4–p. 19, 12 errare ... pervertere *om.* **H** || 5 vero romanos **PN** : vero *Gell.* **GV** || 6 dies *Gell.; cf. R. Kl. Praef. V* : diei **P**^{1}**BGV** : die **P**^{2} (*?*) | qui me **GV** *Jac. 499* : qui ne **P**^{1} : qui sine **P**^{2}**B** : quo me *ed. Asc.* || 6.7 clivo capitolino **P** : capitolino clivo **G**^{2} : capitolino diu **G**^{1}**V** || 7 iis **G** : his **P** : *om.* **V** | coniuratos *edd.* : comparatos **PGV** || 8 ulciscendi sui. si dix- *Ha.*^{1} : ulciscendis Nisi dix- **NV** : ulciscendi s** Si Dix- (Si *in ras.* **P**^{2}) **P** : ulciscendi. Si dix- **G** | dixet *Schol. in explicatione; cf. R. Kl. Praef. V* : dixisset *Schol. in lemmate* **PGNV** || 10 videte. L. Lamiam *edd.* : videt illam iam (*i. e.* i *post* t, *ut saepissime, pro* e *positum est*) **P**^{1} : videte illum iam **P**^{2}**GV** || 11 mihi cum patre *ed. Asc.; cf. Mdv.*^{2} *352* : michi cum fratre cum (*scr.* cū) pare (patre **P**^{2}) **P** : cum fratre mihi vel cum patre compare **G** (*lectiones* **PG** *ex* MIHI CVM PARE cum fratre vel cum patre *ortae videntur*) || 12 relegavit leg *ex* reli- *corr.* **B** : religavit **P** : lege religavit (*i. e. ex* religavit *ortum videtur; cf. A. Kl.*) **GV** || 13 abesset **BN** : adesset **PGV** | ·m·p·c̄c̄ **P** : ·M·P·A· (m p a *scr.* **V**) **GV** | esset ausus *Prisc.* **PGV** : ausus esset *Schol.* || 13–14 civi ... civi *Prisc.* **PG** : cive ... cive *Schol.* || 14 pro amico *Schol.* **P**^{2}**GV** : promico **P**^{1} || 15 quo^2 *del. Ang., Gar.; at cf. Verr. 3, 173, Phil. 2, 38 et 14, 14* || 18 relegarit *ex* reli- *corr.* **B** : religarit **PG** : *del. W. N. du Rieu, Mnem. 3, 1854, 232; sed cf. Kimm. 24* || 21 casum **P** : causam **GV**

ullo iudicio ut edicto ex patria consul eiecerit. nihil acerbius socii et La- 30
tini ferre soliti sunt quam se, id quod perraro accidit, ex urbe exire a consulibus iuberi. atque illis erat tum reditus in suas civitates, ad suos Lares familiaris, et in illo communi incommodo nulla in quemquam propria
5 ignominia nominatim cadebat. hoc vero quid est? exterminabit cives Romanos edicto consul a suis dis penatibus? expellet ex patria? deliget quem volet, damnabit atque eiciet nominatim? hic si unquam vos eos qui nunc estis in re publica fore putasset, si denique imaginem iudiciorum aut simulacrum aliquod futurum in civitate reliquom credidisset, umquam
10 ausus esset senatum de re publica tollere, equitum Romanorum preces aspernari, civium denique omnium novis et inauditis edictis ius libertatemque pervertere?

Etsi me attentissimis animis summa cum benignitate auditis, iudices, 31
tamen vereor ne quis forte vestrum miretur quid haec mea oratio tam
15 longa aut tam alte repetita velit, aut quid ad P. Sesti causam eorum qui ante huius tribunatum rem publicam vexarunt delicta pertineant. mihi autem hoc propositum est ostendere, omnia consilia P. Sesti mentemque totius tribunatus hanc fuisse, ut adflictae et perditae rei publicae quantum posset mederetur. ac si in exponendis vulneribus illis de me ipso plu-
20 ra dicere videbor, ignoscitote. nam et illam meam cladem vos et omnes boni maximum esse rei publicae vulnus iudicastis, et P. Sestius est reus non suo, sed meo nomine; qui cum omnem vim sui tribunatus in mea

1–3 nihil ... soliti sint quam se ex urbe ... iuberi *Schol.* || 6 expellit ex patria *Arusianus Messius, GL VII 470, 11* || 14–15 vereor ... vestrum forte ... tam longam ... velit *Schol.*

1 iudicio **P**[2]**GV** : in iudicio **P**[1] | ut edicto **P**[1] : aut edicto **P**[2]**G** : aut edicto illo **V** : vi, edicto *Sey.*[2] *633 cl. § 53* sine iudicio, vi, lapidibus, ferro : [ut] edicto *Man.* : *del. Lb.*[1] *Kimm. 59* | eiecerit **PG**[2] : eierit **G**[1]**V** | acerbius *Schol.* **G**[2]**V** : acervius **PG**[1] || 1–2 socii et Latini ferre *Schol.* : socie|tatini ferre **P**[1] : socii|re tatini ferre **P**[2] : societati inferre **GV** || 2 sunt **PGV** : sint *Schol.* | se *Schol.* : si **PG** : non **V** | id ... accidit **PGV** : *om. Schol.* || 3 iuberi *Schol.* **P**[2]**GV** : iuueri **P**[1] | atque **PGV** *cuius particulae de sensu adversativo v. ThLL 2, 1077, 15 et 1074, 16* : atqui *Fle.*[1] *26* | illis **PG**[1] : ille **G**[2] | erat tum **P** : tum erat **GV** : erat tamen *Ha.* (*ed. 1845*) : tamen erat *Paul 306* | reditus **PV** : redditus **G** | lares **P** : laris **GV** || 5 nominatim **PG**[2]**V** : nomitim **G**[1] || 5–7 cadebat ... nominatim *om.* **V** || 6 edicto **GN** : dicto **P** | consul **P** : consul quos **GN** | expellet **PG** : expellit *Arus.* | deliget **P** : videlicet **GN** || 7 eiciet **P**[2]**N** : eitiet **G** : eiciit **P**[1] || 8 aut **P**[2]**GV** : ut **P**[1] || 9 aliquod **P** : aliquid **GV** | reliquom **P**[1] : reliquum **P**[2]**G** | umquam **P** : numquam **GV** || 11 edictis ius **P**[2]**G** : edictis suis **V** : edic*** **P**[1] || 14 forte vestrum **PGHV** : vestrum forte *Schol.* || 15 longa **PGHV** : longam *Schol.* : longe *Lb.*[1] *Hot.* | aut[1] *Schol.* **PGHV** : ac *Lb.*[1]; *sed cf. Mdv.*[2] *353* | p. **PHV** : *om.* **G** || 16 pertineant **HG**[2] : pertinent **PG**[1]**V** || 18 ut *in ras.* **P** || 21 iudicastis **P**[2]**GHV** : iudicasti **P**[1] | p. **PHV** : *om.* **G** || 22 vim sui tribunatus **PH** : sui tribunatus vim **GV**

salute consumpserit, necesse est meam causam praeteriti temporis cum huius praesenti defensione esse coniunctam.

14 32 Erat igitur in luctu senatus, squalebat civitas publico consilio veste mutata, nullum erat Italiae municipium, nulla colonia, nulla praefectura, nulla Romae societas vectigalium, nullum collegium aut concilium (5) aut omnino aliquod commune consilium quod tum non honorificentissime de mea salute decrevisset: cum subito edicunt duo consules ut ad suum vestitum senatores redirent. quis unquam consul senatum ipsius decretis parere prohibuit, quis tyrannus miseros lugere vetuit? parumne est, Piso, ut omittam Gabinium, quod tantum homines fefellisti ut negle- (10) geres auctoritatem senatus, optumi cuiusque consilia contemneres, rem publicam proderes, consulare nomen adfligeres? etiamne edicere audeas ne maererent homines meam, suam, rei publicae calamitatem, ne hunc suum dolorem veste significarent? sive illa vestis mutatio ad luctum ipsorum sive ad deprecandum valebat, quis unquam tam crudelis fuit qui (15) 33 prohiberet quemquam aut sibi maerere aut ceteris supplicare? quid? sua sponte homines in amicorum periculis vestitum mutare non solent? pro te ipso, Piso, nemone mutabit? ne isti quidem quos legatos non modo nullo senatus consulto, sed etiam repugnante senatu tibi tute legasti? ergo hominis desperati et proditoris rei publicae casum lugebunt fortasse (20) qui volent; civis florentissimi benivolentia bonorum et optume de salute patriae meriti periculum coniunctum cum periculo civitatis lugere senatui non licebit? eidemque consules, si appellandi sunt consules quos nemo est quin non modo ex memoria sed etiam ex fastis evellendos putet, pacto iam foedere provinciarum producti in circo Flaminio in contionem ab (25) illa furia ac peste patriae maximo cum gemitu vestro illa omnia quae

1 necesse est **P^{2}HG^2** : necesse et **P^1** : nec ē (est *scr.* **V**) **GV** || 5 vectigalium **PGHV** : *del. Paul 327* | aut concilium *susp. Reid ap. Holden 267* || 7 de mea salute decrevisset **PH** : decrevisset de mea salute **GV** || 8 consul senatum **G^{1}V** : consulum senatum **G^2** : consultum senatum **P** : senatum consultum **H** | ipsius **PH** : ipsum **GV** || 9 parere **PHG^2** : parre **G^1** : pare **V** | tyrannus **PH** : ti- **G** || 10 tantum homines **PGV** : tam hohomines **H** || 11 cuiusque **PGV** : *om.* **H** || 11, 12 rem p. **P^{2}GHV** : res p. **P^1** || 12 etiamne edicere **P^{2}GH** : etiam nedicere **P^1** : nec dicere **V** | audeas **PGHV** *Jac. 501; cf. § 78* : audebas *Lb.*^{2}, *Mdv.*^{2} *354, We. 21* || 13 meam suam **PGV** : suam meam **H** | ne **PGV** : neve **H** *cf. codd. ad Verr. 5, 2 ubi vulgo, ut hoc loco,* neve *ponitur* || 14 suum **P^{2}GHV** : sum **P^1** | veste **PG** : vestem **V** : veste mutata **H** || 15 unquam **H** : um- **PG** || 16 m(a)erere **P^{2}GHV** : maere **P^1** || 16–23 quid ... licebit *om.* **H** || 18 nemone **P** : non nemo **GV** | mutabit *Lallemand* : mutavit **PGV** | quos **PN** : quod **GV** | legatos **PGV** : *del. J. F. Gronovius, Mdv.*^{2} *354; sed cf. Schroe. 9 qui cf. Vat. 35* || 19 nullo *ex* -os *corr.* **B** : nullos **PGV** | tibi tute **P** : tute tibi **GV** | legasti **PG** : legisti **V** *Reid ap. Holden 118 et 267* || 20 hominis **PG^{2}V** : homines **G^1** | lugebunt **G^2** : lugebant **P** : legebant (-bat **V**) **G^{1}V** || 23 eidemque **P^{1}GV** : idemque **P^{2}H** | consules quos **P^{2}GHV** : consul quo **P^1** || 24 ē *in ras.* **P** | quin *Gar.; cf. Mdv.*^{2} *116 adn. 1* : qui **PGHV** | ex^1 **PG** : et **V** : e **H** || 24–p. 21, 1 pacto ... publicam *om.* **H**

tum contra me contraque rem publicam ⟨agebantur⟩ voce ac sententia sua comprobaverunt.

Isdem consulibus sedentibus atque inspectantibus lata lex est, NE **15** AVSPICIA VALERENT, NE QVIS OBNVNTIARET, NE QVIS LEGI INTERCEDE-
5 RET, VT OMNIBVS FASTIS DIEBVS LEGEM FERRI LICERET, VT LEX AELIA, LEX FVFIA NE VALERET; qua una rogatione quis est qui non intellegat universam rem publicam esse deletam? isdemque consulibus inspectantibus ser- 34 vorum dilectus habebatur pro tribunali Aurelio nomine collegiorum, cum vicatim homines conscriberentur, decuriarentur, ad vim, ad manus, ad
10 caedem, ad direptionem incitarentur. isdemque consulibus arma in templum Castoris palam comportabantur, gradus eiusdem templi tollebantur, armati homines forum et contiones tenebant, caedes lapidationesque fiebant, nullus erat senatus, nihil reliqui magistratus; unus omnem omnium potestatem armis et latrociniis possidebat, non aliqua vi
15 sua, sed, cum duo consules a re publica provinciarum foedere retraxisset, insultabat: aliis minabatur, aliis pollicebatur, terrore ac metu multos, pluris etiam spe et promissis tenebat.

Quae cum essent eius modi, iudices, cum senatus duces nullos ac pro 35 ducibus proditores aut potius apertos hostes haberet, equester ordo reus

9 (vicatim) *cf. Charisius, GL I 209, 4 (p. 270, 28 Barwick)* ostiatim vicatim Cicero

1 tum **P** : tam **GV** | con*** (traq: *sscr.* **P**^{2}) ·R·p· **P** : quamque contra rem p. **G** : quam tam contra rem p. **V** | agebantur *hic add. Ha.*^{1}*, post* tum *Binsfeld 9* : dixerant **N** *ed. R.* : *om.* **PGHV** : ferebantur *Or.*^{2} : parabantur *Koch* : fiebant *cod. C. Stephani; prob. We. 22* : committebantur *He. 67* : edixerant *Man., alii alia* || 2 sua **PH** : *om.* **GV** | comprobaverunt **PGV** : decreverunt ut **H** || 3–7 isdem . . . inspectantibus *om.* **H** || 3 isdem **PG** : is de **V** : isdem⟨que⟩ *plerique edd.* || 4 legi **P** : lege **GV** || 5 fastis **P** : festis **GV** || 6 fufia ne **G**^{1}**V** : fuf*ia ne **P** : fufiana **G**^{2} || 7 deletam **V** : delaetam **P** : delatam **G** | isdemque **P** : isdem **G**^{1}**V** : iisdem **G**^{2} || 8 dilectus **H** : delectus **PG** : delectos **V** | habebatur **PGV** : haberetur **H** | nomine collegiorum *om.* **H** || 8. 9 cum vicatim **PG** : convigati **V** : ut vicaturi **H** || 9 conscriberentur **PHG**^{2} : conscribentur **G**^{1}**V** | decuriarentur **PHG**^{2} : du- **G**^{1} || 10–17 isdemque . . . tenebat *om.* **H** || 10 consulibus ⟨inspectantibus⟩ *Hot.* : c. ⟨coniventibus⟩ *Pluyg.*^{1} *333; sed sic celeritatem orationis retardari recte statuit A. Kl.: § 33 p. 21, 3* isdem consulibus sedentibus atque inspectantibus – *§ 34 p. 21, 7* isdemque consulibus inspectantibus – *§ 34 p. 21,10* isdemque consulibus || 11 templum *Naug.*^{2} *We. 23; cf. dom. 54* : templo **PGV** *Mdv.*^{2} *354; cf. codd. ad Pis. 23* | comportabantur **P** : portabantur **GV** || 12 contiones **PG**^{2}**V** : contentiones **G**^{1} : comitium *Busche cl. § 75 p. 42, 6; Verr. 1, 58; 3, 9; 5, 170. sed cf. Verrius ap. Gell. 18, 7, 5* 'contiones' autem tria significare: locum . . . coetum populi . . . orationem || 13 omnem **P** : *om.* **GV** || 15 f(o)edere (fodere **G**^{1}) retraxisset **P**^{1}**GV** : foedera retraxissent **P**^{2}**B** || 16 aliis minabatur, aliis pollicebatur *ego; cf. Verr. 4, 31* aliud minando, aliud pollicendo : dominabatur (-bantur **V**) aliis pollicebatur **PGV** : minabatur, aliis pollicebatur *A. Kl.* : dominabatur, ⟨minabatur aliis⟩, aliis pollicebatur *Tittler*^{2} *492* : *similiter Ha.*^{2}*, van der Vliet 109* : dominabatur [aliis pollicebatur] *Pluyg.*^{1} *333* : *del. Paul 323*

a consulibus citaretur, Italiae totius auctoritas repudiaretur, alii nominatim relegarentur, alii metu et periculo terrerentur, arma essent in templis, armati in foro, eaque non silentio consulum dissimularentur sed et voce et sententia comprobarentur, cum omnes urbem nondum excisam et eversam sed iam captam atque oppressam videremus: tamen his tantis malis tanto bonorum studio, iudices, restitissemus, sed me alii metus atque aliae curae suspicionesque moverunt.

16 36 Exponam enim hodierno die, iudices, omnem rationem facti et consili mei neque huic vestro tanto studio audiendi nec vero huic tantae multitudini, quanta mea memoria nunquam ullo in iudicio fuit, deero. nam si ego in causa tam bona tanto studio senatus, consensu tam incredibili bonorum omnium, tam parato ⟨populi Romani animo⟩, tota denique Italia ad omnem contentionem expedita cessi tribuni plebis, despicatissimi hominis, furori, contemptissumorum consulum levitatem audaciamque pertimui, nimium me timidum, nullius animi, nullius consili fuisse 37 confiteor. quid enim simile fuit in Q. Metello? cuius causam etsi omnes probabant, tamen neque senatus publice neque ullus ordo proprie neque suis decretis Italia cuncta susceperat. ad suam enim quandam magis ille gloriam quam ad perspicuam salutem rei publicae tum spectabat, cum unus in legem per vim latam iurare noluerat; denique videbatur ea condicione tam fortis fuisse ut cum patriae caritate constantiae gloriam

1 consulibus **PGV** : consule **H** | citaretur **PH** : sciscitaretur **GV** || 2 relegarentur *ex* reli- *corr.* **B** : religarentur **PGH** | et **PH** : ac **GV** || 3 et **PGV** : *om.* **H** || 4 omnes **P**^{2}**GHV** : ones **P**^{1} | excisam **PGHV** : exscissam *Lb.*^{1}*; at cf. Mue. Praef. XI et § 95 p. 51,24* domos . . . excidit || 5.6 tantis malis **PH** : malis tantis **GV** || 8 hodierno die **PHV** : die hodierno **G** | rationem **PGV** : ratione **H** | consilii **PGH** || 9 nec **PH** : neque **GV** | vero **PGV** : *om.* **H** || 10 mea memoria **PH** : memoria mea **G**^{2} : memoria **G**^{1}**V** | nunquam (num- **G**^{2}) **PHG**^{2} : umquam **G**^{1}**V** || 10 – p. 23, 8 nam . . . susceperant *om.* **H** || 12 tam parato ⟨p. R. animo⟩ *ego* : tam parato ⟨populo⟩ *Mo., Nisbet 336* : tam parato ⟨equestri ordine⟩ *Kays. Praef. X; cf. § 38* : tam parato ⟨ordine equestri⟩ *Koch* : tam parato ⟨equestris ordinis studio⟩ *A. Kl.* : ⟨animo⟩ tam parato ⟨equestris ordinis⟩ *Weid.*^{2} *10* : ⟨equestris ordinis animo ad defensionem meae salutis⟩ tam parato *Ri. 273* | tota **PG**^{1}**V** : cum tota **G**^{2} || 13 contentionem **PG**^{1}**V** : contionem **G**^{2} | expedita **P** : expedita esset **GV** | despicatissimi **V** : despicacissimi **PG** || 14 audaciamque **PG**^{2} : audiamque **G**^{1}**V** || 15 pertimui nimium *me **B** : pertimui nimium a me **P**^{2} : pertimuit nimium a me **P**^{1} : pertimuit a me **G**^{1}**V** : pertimui tā me **G**^{2} || 16 omnes **PGV** : omnes boni **N** || 18 quandam **P**^{2}**G**^{2} : quendam **P**^{1}**G**^{1}**V** || 19 – 21 quam . . . gloriam *om.* **V** || 19 tum spectabat *A. KL.* : sumpserat **P**^{1}**BG**^{2}**N** : sumserat **G**^{1} : spectarat *Naug.*^{1} : tum spectarat *Mdv.*^{2} *355* : spectabat *A. Kl.* : supererat *Ba. 72* : suspexerat *Jac. 502* : superbierat *Herm.*^{5} *10* : respexerat *Ha.*^{2} : ⟨arma⟩ sumpserat *Sey.*^{1} *59* : ⟨exilium⟩ sumpserat *Ha.*^{1} : ⟨eam⟩ sumpserat *Kays.* : ⟨spiritus⟩ (*i. e.* $\overline{\text{sps}}$) sumpserat *Koch*^{2} *288, He. 68* : ⟨casum⟩ sumpserat *Jeep*^{4} *617* : ⟨vim⟩ sumpserat *Dryander 5* : ⟨inimicitias⟩ sumpserat *Syd.*^{2} *77* : respiciens rem gesserat *Pet.*^{1} *269 cl. p. 23,8* eas res gesseram *sqq.* || 20 ea **P** : a **G** : hac **N** || 21 caritate **PN** : caritatem **G**

commutaret. erat autem res ei cum exercitu C. Mari invicto, habebat
inimicum C. Marium, conservatorem patriae, sextum iam illum consula-
tum gerentem; res erat cum L. Saturnino, iterum tribuno plebis, vigi-
lante homine, et in causa populari si non moderate at certe populariter
5 apstinenterque versato. cessit, ne aut victus a fortibus viris cum dedecore
caderet, aut victor multis et fortibus civibus rem publicam orbaret.
meam causam senatus palam, equester ordo acerrime, cuncta Italia 38
publice, omnes boni proprie enixeque susceperant. eas res gesseram qua-
rum non unus auctor sed dux omnium voluntatis fuissem, quaeque non
10 modo ad singularem meam gloriam sed ad communem salutem omnium
civium et prope gentium pertinerent; ea condicione gesseram ut meum
factum semper omnes praestare tuerique deberent.

Erat autem mihi contentio non cum victore exercitu, sed cum operis 17
conductis et ad diripiendam urbem concitatis; habebam inimicum non
15 C. Marium, terrorem hostium, spem subsidiumque patriae, sed duo in-
portuna prodigia, quos egestas, quos aeris alieni magnitudo, quos levitas,
quos inprobitas tribuno plebis constrictos addixerat; nec mihi erat res 39
cum Saturnino, qui quod a se quaestore Ostiensi per ignominiam ad prin-
cipem et senatus et civitatis, M. Scaurum, rem frumentariam tralatam
20 sciebat, dolorem suum magna contentione animi persequebatur, sed cum
scurrarum locupletium scorto, cum sororis adultero, cum stuprorum sa-
cerdote, cum venefico, cum testamentario, cum sicario, cum latrone;
quos homines si, id quod facile factu fuit et quod fieri debuit quodque a
me optumi et fortissimi cives flagitabant, vi armisque superassem, non
25 verebar ne quis aut vim vi depulsam reprehenderet aut perditorum civium

24 – p. 24, 1 non . . . civium mortem derideret *Schol.*

1 commutaret **P**^{2}**GV** : commutarent **P**^{1} | C. Mari *del. Paul 327 cl. l. 13* cum victore exercitu*; at cf. Syd.*^{2} *75* || 4 at **P**^{2}**GV** : ad **P**^{1} || 5 apstinenterque versato *edd.* : aistineterque versato **P**^{1}**B** : at iste (isti **V**) ne tergi versato **GV** : agente at tamen nec tergiversatus **P**^{3} || 6 ·R·p· orbaret **P** : rem probaret **G** : reprobaret **V** || 7 ordo **PV** : *om.* **G** || 8 res **PHV** : re**s (-ge- *eras.*) **G** || 10 singularem meam **PGV** : meam singularem **H** || 11 gentium **PGV** : gentium omnium **H** || 11–12 ea . . . deberent *om.* **H** || 11 ⟨et⟩ ea *Kays. Praef. X* || 12 praestare tuerique *distinxit* **G**^{2} :
re
praestaret uerique **G**^{1}**N** : praestaret | tuerique **P**^{1} : praestare|t uereque (*scr.* ueri-que) **P**^{2} : praestaret uererique **B** : *corruptiora praebet* **V** || 14 diripiendam **PHG**^{2}**V** : diripiendum **G**^{1} || 16 aeris **PG** : eris **H**^{2} : erit **H**^{1} || 18–20 qui . . . persequebatur *om.* **H** || 19 tralatam **P**^{1} : translatam **P**^{2}**GV** || 20 sciebat **PGN** : sciebatur **V** : suscensebat *vel* aegre ferebat *Ri. 273* || 21 locupletium **PGV** : locupletum **H** || 22 venefico **P**^{2}**GHN** : benefico **P**^{1} : beneficio **V** | sicario **PGV** : siccario **H** | cum^4 **PGV** : *om.* **H** || 23 id **PGV** : *om.* **H** | fuit **PH** : *om.* **GV** || 23–24 et quod . . . flagitabant *om.* **H** || 24 optumi **G** : optimi **P** || 25 reprehenderet *Schol.* **PH** : deprehenderet (-re **V**) **GV** || 25 – p. 24, 1 aut perditorum . . . maereret *om.* **H** || 25 perditorum *Schol.* **PN** : proditorum **GV**

vel potius domesticorum hostium mortem maereret. sed me illa moverunt: omnibus in contionibus illa furia clamabat se quae faceret contra salutem ⟨meam⟩ facere auctore Cn. Pompeio, clarissimo viro mihique et nunc et quoad licuit amicissumo. M. Crassus, quocum mihi omnes erant amicitiae necessitudines, vir fortissimus, ab eadem illa peste in- 5 festissimus esse meis fortunis praedicabatur. C. Caesar, qui a me nullo meo merito alienus esse debebat, inimicissimus esse meae saluti ab eodem 40 cotidianis contionibus dicebatur. his se tribus auctoribus in consiliis capiendis, adiutoribus in re gerenda esse usurum dicebat; ex quibus unum habere exercitum in Italia maximum, duo, qui privati tum essent, et 10 praeesse et parare, si vellent, exercitum posse idque facturos esse dicebat. nec mihi ille iudicium populi nec legitimam aliquam contentionem nec disceptationem aut causae dictionem, sed vim, arma, exercitus, imperatores, castra denuntiabat.

18 Quid ergo? inimici oratio, vana praesertim, tam improbe in clarissimos 15 viros coniecta me movit? me vero non illius oratio, sed eorum taciturnitas in quos illa oratio tam improba conferebatur; qui tum quamquam ob alias causas tacebant, tamen hominibus omnia timentibus tacendo loqui, non infitiando confiteri videbantur. illi autem aliquo tum timore perterriti, quod acta illa atque omnis res anni superioris labefactari a prae- 20

6–8 C. Caesar . . . inimicissimus meae saluti ab eodem dicebatur *Schol.* || **9–10** unum habere exercitum *Schol.* || **16–17** me vero . . . taciturnitas movebat in quos illa oratio conferebatur *Schol.* || **20** acta prioris anni labefactari a praetoribus *Schol.*

1 vel . . . hostium **PGV** : *om. Schol., Kays.* | mortem *Schol.* **NP**^{3} : *om.* **P**^{1}**BGV** | m(a)ereret **GV** : moereret **P**^{2} : maeret **P**^{1} : derideret *Schol.* | illa **PGHV** : alia *Probst 353 cl. § 35 p. 22,6–7* sed me alii metus atque aliae curae suspicionesque moverunt || **3** meam **H** : *om.* **PGV** || **4** et quoad licuit **PG**^{2}**V** : et quo alicuit **G**^{1} : quoad licuit **H** : et ⟨tum⟩ quoad licuit *A. Kl.* : et quoad licuit ⟨tum⟩ *Ri. 273* || **4–5** quocum . . . necessitudines *om.* **H** || **4. 5** omnes erant **P** : erant omnes **GV** || **5** peste **PHV** : poste **G** || **6** C. *Schol.* **PGV** : g. **H** | ⟨non⟩ nullo *Sh. B. 269 cl. prov. cons. 42; Pis. 79; fort. recte* || **7** meo *Schol.* **PHG**^{2} : me **G**^{1}**V** | esse^{2} **PGHV** : *om. Schol.* || **8** cotidianis contionibus **PGH** : cotidianis criminibus **N** : cottidianis vel criminibus conditionibus **V** : *om. Schol.* || **9–11** ex . . . dicebat *om.* **H** || **10** exercitum *Schol.* **GV** : et exercitum **P** | privati tum **PG**^{2} : priviti ium (*vel* vim) **G**^{1} : privati **V** || **11** pr(a)eesse **PGV**; *cf. § 95 p. 51, 19* qui etiam diem dixit (*sc. Miloni*) et accusavit de vi Milonem; *cf. etiam Ortm. 420, Ba. 73* : prae⟨sto⟩ esse *F. C. Wolff* : prae⟨sto sibi⟩ esse *A. Kl.* : ⟨rei p.⟩ praeesse *Or.*^{2} *Mdv.*^{2} *355 adn. 1* : Romae esse *Mue.* : ⟨populo R.⟩ praeesse *Pet.*^{1} *269* : et praeesse et *del. Ern.* | parare **P**^{2}**G**^{2} : parere **P**^{1}**G**^{1} | posse **P** : *om.* **GV** || **12** legitimam **PGH**^{2}**V** : legimam **H**^{1} || **16** vero *Schol.* **PHV** : *del.* **G** | non *Schol.* **P**^{1}**BGV** : non movit **HP**^{3} | oratio *Schol.* **GHV** : oratio tam improba **P** | taciturnitas **PGHV** : taciturnitas movebat *Schol.; sed cf. Mdv.*^{2} *336* || **17** tam improba **PGHV** : *om. Schol.* | tum **PHV** : cum **G** || **19** videbantur **PHG**^{2}**V** : videbatur **G**^{1} || **19–p. 25, 14** illi . . . praefecerat *om.* **H** || **19** autem **PG**^{2} : hoc **G**^{1} : enim **V** | aliquo tum **P**^{2}**B** : mali quotum **P**^{1} : mali quicum **GV** : alio tum *Ba. 74* || **20–p. 25, 1** quod . . . putabant *del. Ba. ib.* || **20** illa . . . res *om. Schol.* | anni superioris **P**^{2}**GV** : annis superioris **P**^{1} : prioris anni *Schol.* : superioris anni *We. 63*

toribus, infirmari a senatu atque a principibus civitatis putabant, tribunum popularem a se alienare nolebant, suaque sibi propiora esse pericula quam mea loquebantur. sed tamen et Crassus a consulibus meam **41** causam suscipiendam esse dicebat, et eorum fidem Pompeius inplorabat 5 neque se privatum publice susceptae causae defuturum esse dicebat; quem virum studiosum mei, cupidissimum rei publicae conservandae domi meae certi homines ad eam rem positi monuerunt ut esset cautior, eiusque vitae a me insidias aput me domi positas esse dixerunt, atque hanc eius suspicionem alii litteris mittendis, alii nuntiis, alii coram ipsi 10 excitaverunt, ut ille, cum a me certe nihil timeret, ab illis, ne quid meo nomine molirentur, sibi cavendum putaret. ipse autem Caesar, quem maxime homines ignari veritatis mihi esse iratum putabant, erat ad portas, erat cum imperio; erat in Italia eius exercitus, inque eo exercitu ipsius tribuni plebis, inimici mei, fratrem praefecerat.

19 **42** 15 Haec ergo cum viderem — neque enim erant occulta —, senatum, sine quo civitas stare non posset, omnino de civitate esse sublatum, consules, qui duces publici consili esse deberent, perfecisse ut per ipsos publicum consilium funditus tolleretur, eos qui plurimum possent opponi omnibus contionibus falso, sed formidolose tamen, auctores ad perniciem meam, 20 contiones haberi cotidie contra me, vocem pro me ac pro re publica neminem mittere, intenta signa legionum existimari cervicibus ac bonis vestris falso, sed putari tamen, coniuratorum copias veteres et effusam illam ac superatam Catilinae inportunam manum novo duce et insperata commutatione rerum esse renovatam: haec cum viderem, quid agerem,

13–14 inque eo exercitu inimici ... praefecerat *Arusianus Messius, GL VII 499, 4* || **21–22** intenta ... cervicibus vestris ... tamen *Schol.*

2–3 suaque ... loquebantur *ante* 1 tribunum *transp.* **GVN** *ed. R.* || **2** propiora **P**^{2}**GN** : propriora **P**^{1}**V** || **3** mea **PG**^{2}**V** : ea **G**^{1} | sed **P** : et **GV** || **4–5** et ... dicebat *om.* **V** || **5** privatum **PN** : privatim **G** | susceptae causae **P** : causae susceptae **G** : causae suae susceptae **N** *ed. R.* | defuturum **GNP**^{3} : *om.* **P**^{1}**B** || **7** domi meae *del. Ern.; at intellegendum est*: domi meae ... positi; *cf. dom. 55* | certi **V** : certe **PG** | ad ... positi *del. Ba. 76* || **8** eiusque **P**^{2}**G**^{1}**V** : eiusqui **P**^{1} : eique **G**^{2} | domi *del. Grumme 7* || **9** alii^1 **P**^{2}**G**^{2} : aliis **P**^{1}**G**^{1}**V** | alii^3 **P**^{2}**GV** : ali **P**^{1} | ipsi **P** : ipso **GV** || **10** ut **P** : tot **GV** | illis **PGV** : aliis *Sh. B. 269* | quid **P**^{2}**GV** : quit **P**^{1} || **11** molirentur *Naug.*^{1} : moliretur **PGV** | autem **PG**^{2} : hoc **G**^{1} || **12** homines ignari (-e **P**^{1}) **P**^{2} : ignari homines **GV** || **13–14** ipsius tr. pl. **PGV** : *om. Arus.* || **15** ergo **P**^{1}**GV** : ego **HP**^{3} | erant **P**^{2}**GHV** : erat **P**^{1} || **17** qui duces **PHG**^{2}**V** : quid voces **G**^{1} | consilii **PGH** | ipsos **PHG**^{2}**V** : eos **G**^{1} || **19** falso sed formidolose (-du- **P**^{2}) **P**^{2}**B** : fasso sed formidolosę **H** : falsos et formidolosos **GV** : falso sed formidulosos et formidulose (formidu-
vel formidulose
losos et *del.* **P**^{2}) **P**^{1}; *lectio* **P**^{1} *ex* falso sed formidulosos *nata videtur* | tamen **PGV** : *om.* **H** || **20** me^2 **PH** : mea **GV** || **21–22** intenta ... tamen *om.* **H** || **21** ac bonis **PGV** : *om. Schol.* || **22** coniura****torum **G** | copias veteres **PGV** : veteres copias **H** | effusam **PGHV** : fusam *Gul.; cf. Kimm. 25* || **23** ac superatam **PG** : atque superatam **V** : *om.* **H** : ac dissupatam *Or.*^{2}

iudices? scio enim tum non mihi vestrum studium, sed meum prope
43 vestro defuisse. contenderem contra tribunum plebis privatus armis?
vicissent inprobos boni, fortes inertis; interfectus esset is qui hac una
medicina sola potuit a rei publicae peste depelli. quid deinde? quis re-
liqua praestaret? quoi denique erat dubium quin ille sanguis tribunicius, 5
nullo praesertim publico consilio profusus, consules ultores et defensores
esset habiturus? cum quidam in contione dixisset aut mihi semel per-
eundum aut bis esse vincendum. quid erat bis vincere? id profecto, ut,
cum amentissimo tribuno plebis ⟨si⟩ decertassem, cum consulibus ce-
44 terisque eius ultoribus dimicarem. ego vero, vel si pereundum fuisset ac 10
non accipienda plaga mihi sanabilis, illi mortifera qui inposuisset, semel
perire tamen, iudices, maluissem quam bis vincere. erat enim illa altera
eius modi contentio ut neque victi neque victores rem publicam tenere
possemus. quid, si in prima contentione vi tribunicia victus in foro cum
multis bonis viris concidissem? senatum consules, credo, vocassent, quem 15
totum de civitate delerant; ad arma vocassent, qui ne vestitu quidem
defendi rem publicam sissent; a tribuno plebis post interitum ⟨meum⟩
dissedissent, qui eandem horam meae pestis et suorum praemiorum esse
voluissent.

20 45 Vnum enim mihi restabat illud quod forsitan non nemo vir fortis et 20
acris animi magnique dixerit: 'restitisses, repugnasses, mortem pugnans
oppetisses.' de quo te, te, inquam, patria, testor et vos, penates patriique

7 cum ... dixisset *Schol.* || 22 te, te, patria, ... patrique dii *Schol.*

1 sed meum prope vestrum studium *inter* studium *et* sed *del.* **P^2** | meum **PGHV** : me *Fle.*^{3} || 2 vestro **PGV** : *om.* **H** | armis **P^2GHV** : armeis **P^1** || 3 vicissent **PHG^2V** : vicessent **G^1** | hac **P^2GHV** : hanc **P^1** || 4 a **P^2GHV** : *om.* **P^1** || 4–5 quis reliqua praestaret *Gul.; cf. Mdv.^{2} 355* : quis reliqua irae staret **P^1B** : quis reliqua restaret **G** : quid reliqui restaret **H** : quid reliquiarum restaret **N** *edd. vett.* || 5 quoi *Gul.* : quod **P^1** : quid **P^2GHV** || 7 quidam *Schol.* : quid **P^1BGHVN** : quidem *ed. R.* **P^3** | dixisset *Schol.* **PGV** : dixissem **H** || 8 esse **PGV** : esset **H** || 9 si *hic add. We. 63*, cum *Or.*^{1} : si *post* ut *Ha.*^{1} || 10 eius **PH** : prius **GV** | dimicarem **PGV** : dimicassem **H** || 10–11 ego ... inposuisset *om.* **H** || 10 vel si *Mdv.^{2} 356* : veni **P^1GV** || 11 sanabilis **P^2GV** : sanabalis **P^1** | qui *Ha.*^{1} : que **P^1** : quaei **G** || 12 quam bis **HP^3** : quamvis **P^1GV** || 12–14 erat ... possemus *om.* **H** || 12–13 illa altera eius modi **P** : altera eius modi illa **G** : altera eius modi **V** || 14 contentione **P^2GHV** : conten|tentione **P^1** || 15 viris **PGV** : *om.* **H** | senatum consules **PH** : senatumque quos **GV** || 16 vocassent *Ern.* : vocarent **PGHV** : concitassent *Ha.*^{2} || 17 defendi **PG** : defendissent **H** | sissent **P** : scissent **G** : *om.* **H** | meum *ed. Asc.* : nostrum *Grumme 10* || 18 dissedissent **P^1** : dissidissent **P^2GHV** | eandem **PGV** : tandem **H** | praemiorum **PGV** : primiorum **H** || 20 enim (-nim *in ras.* **P**) **PGV** : *om.* **H** *Paul 318* : autem *Pet.* : etiam *Ha.*^{1} : tamen *H. Keil 17* || 21 magnique **PH** : magni qui **GV** | pugnans **PGV** : pugnam **H** || 22 te^2 *Schol.* **P^2GHV** : *om.* **P^1** | inquam **PGHV** : *om. Schol.* | patriique dei **PG** : patrique dii *Schol.* : dii patrique **H** : patrii dei **V**

dei, me vestrarum sedum templorumque causa, me propter salutem meorum civium, quae mihi semper fuit mea carior vita, dimicationem caedemque fugisse. etenim si mihi in aliqua nave cum meis amicis naviganti hoc, iudices, accidisset, ut multi ex multis locis praedones classibus eam
5 navem se oppressuros minitarentur nisi me unum sibi dedidissent, si id vectores negarent ac mecum simul interire quam me tradere hostibus mallent, iecissem ipse me potius in profundum, ut ceteros conservarem, quam illos mei tam cupidos non modo ad certam mortem, sed in magnum vitae discrimen adducerem. cum vero in hanc rei publicae navem ereptis 46
10 senatui gubernaculis fluitantem in alto tempestatibus seditionum ac discordiarum armatae tot classes, nisi ego essem unus deditus, incursurae viderentur, cum proscriptio, caedes, direptio denuntiaretur, cum alii me suspicione periculi sui non defenderent, alii vetere odio bonorum incitarentur, alii inviderent, alii opstare sibi me arbitrarentur, alii ulcisci
15 dolorem aliquem suum vellent, alii rem ipsam publicam atque hunc bonorum statum otiumque odissent et ob hasce causas tot tamque varias me unum deposcerent, depugnarem potius cum summo non dicam exitio, sed periculo certe vestro liberorumque vestrorum, quam [non] id quod omnibus inpendebat unus pro omnibus susciperem ac subirem?
20 'Victi essent improbi.' at cives, ⟨at armis⟩, at ab eo privato qui sine 21 47 armis etiam consul rem publicam conservarat. sin victi essent boni, qui superessent? nonne ad servos videtis rem publicam venturam fuisse? an mihi ipsi, ut quidam putant, fuit mors aequo animo oppetenda? quid tum? mortemne fugiebam? an erat res ulla quam mihi magis optandam

1 vestrarum ... causa *Priscianus, GL II 353, 5*

1 sedum *Prisc.* **P**^{1}**G**^{1}**V** : sedium **P**^{2}**HG**^{2} | meorum **PHG**^{2} : eorum **G**^{1}**V** || 2 fui* **H** || 4 ex multis **PGV** : multis ex **H** || 5 minitarentur **P**^{2}**GHV** : ministrarentur **P**^{1} | dedidissent *Naug.*^{1}; *cf. l. 11* deditus : dedissent **PGHV** || 6 vectores **PH** : victores **GN** : *corruptiora* **V** || 7 ipse me potius **PH** : me potius ipse **GN** : *corruptiora* **V** || 8 magnum **PGHV** : minimum *Ba. 78* : *del. Kays. Praef. X* || 10 fluitantem **PH** : fluitante **GV** || 11 essem unus deditus **PH** : unus deditus essem **GV** || 12–17 cum^1 ... deposcerent *om.* **H** || 13 alii ... incitarentur **PV** : alii ... incitarentur et (et *in ras.*) **G** : alii ... insectarentur *Probst 353* : alii ... in ⟨me in⟩citarentur *He. 69* : *del. Paul 326* || 14 inviderent **PGV** : invidere *Probst ib.; sed cf. Kimm. 40 adn. 3* : ⟨mihi⟩ inviderent *Heine* || 15 aliquem suum **P** : suum aliquem **GV** || 17 unum ⟨omnes⟩ *Koch*^{3} *385* : unum ⟨cuncti⟩ *He. 70* || 18 non *del. Gesner; cf. Mdv.*^{2} *306 adn. 1 et 116 adn. 1* || 19 omnibus^1 **PGHV** : etiam omnibus **N** : ⟨e me⟩ omnibus *Jac. 701* | inpendebat ... omnibus *om.* **H** || 20–22 victi ... fuisse *om.* **H** || 20 at cives, ⟨at armis⟩ *Heraeus; cf. sen. 34; dom. 63 et 91* : at cives **PGV** : ⟨at vi⟩, at cives *Koechly*^{1} : at vi *Ba. 79* : at acie *Paul 307* | at ab **P**^{2}**G**^{2}**V** : ad ab **P**^{1} : ab **G**^{1} | ⟨armato⟩ privato *ex optimo cod., ut ait, Lb.*^{1} : privato ⟨armato⟩ *We. 29* || 21 qui **P** : quid **GV** || 22 superessent **P**^{1}**B** : superesset **GVNP**^{3} | rem p. **GVP**^{3} *cf. dom. 92* : rem **P**^{2}**B** : rea **P**^{1} | venturam **P**^{2}**GV** : vendituram **P**^{1} || 23.24 quid tum? *interpunxit Rau 2, 183* : quid? tum *vulgo* || 24 tum **PGV** : tamen **H** | mihi **PGV** : *om.* **H**

putarem? aut ego illas res tantas in tanta improborum multitudine cum gerebam, non mihi mors, non exilium ob oculos vorsabatur? non haec denique a me tum tanquam fata in ipsa re gerenda canebantur? an erat mihi in tanto luctu meorum, tanta diiunctione, tanta acerbitate, tanta spoliatione omnium rerum quas mihi aut natura aut fortuna dederat, 5 vita retinenda? tam eram rudis, tam ignarus rerum, tam expers consili aut ingeni? nihil audieram, nihil videram, nihil ipse legendo quaerendoque cognoveram? nesciebam vitae brevem esse cursum, gloriae sempiternum; cum esset omnibus definita mors, optandum esse ut vita, quae necessitati deberetur, patriae potius donata quam reservata naturae 10 videretur? nesciebam inter sapientissimos homines hanc contentionem fuisse, ut alii dicerent animos hominum sensusque morte restingui, alii autem tum maxime mentes sapientium ac fortium virorum, cum ex corpore excessissent, sentire ac vigere? quorum alterum fugiendum non esse, 48 carere sensu, alterum etiam optandum, meliore esse sensu. denique, cum 15 omnia semper ad dignitatem rettulissem nec sine ea quicquam expetendum esse homini in vita putassem, mortem, quam etiam virgines Athenis, regis, opinor, Erechthei filiae, pro patria contempsisse dicuntur, ego vir consularis tantis rebus gestis timerem? praesertim cum eius essem civitatis ex qua C. Mucius solus in castra Porsenae venisset eumque inter- 20 ficere proposita sibi morte conatus esset; ex qua P. Decius primum pater, post aliquot annos patria virtute praeditus filius se ac vitam suam instructa acie pro salute populi Romani victoriaque devovisset; ex qua

12–14 ut ... hominumque morte ... mentes maxime ... cum eo corpore ... vigere *Schol.* || 17–18 mortem ... Athenis, Erectae filiae contempsisse dicuntur *Schol.* || 19–20 eius civitatis essem ex qua C. Mucius *Schol.*

1 illas **P**[2]**GHV** : illa **P**[1] || 2 exilium **PGHV** : exitium *Hot.; cf. etiam Mdv.*[2] *358 et We. 31* | non[1] **PGV** : num **H** || 3 a me tum **P**[2]**GV** : a me tutum **P**[1] : tum a me **H** | tanquam **H** : tam- **PG** | fata **PGV** : *om.* **H** | canebantur **P**[1]**H** : cavebantur **P**[2]**GV** || 4 tanto **PHG**[2]**V** : tactu **G**[1] | meorum *Naug.*[1] : eorum **P**[1]**BGHV** | diiunctione **P**[1] : disiunctione **P**[2]**GHV** | acerbitate **GHV** : acervitate **P** || 5 omnium **P**[2]**GHV** : omni **P**[1] || 6 tam[1] **P**[2]**GHV** : tamen **P**[1] : tamne (?) *Ha.*[1] | tam[3] **P**[2]**GHV** : tamen **P**[1] | expers **HG**[2]**V** : exspers **P** : exprs **G**[1] | consilii **PGH** || 7 ingenii **PGH** || 8 vitae **P** : vitam **GHV** || 9 definita (-tas **V**) mors **PGV** : mors defiuita **H** || 12 sensus- **PGHV** : *om. Schol.* || 13 autem *Schol.* **PHG**[2] : hoc **G**[1] : enim **V** | maxime mentes **PGHV** : mentes maxime *Schol.* | ex *R. Kl. cl. Lael. 13* : eo *Schol.* **P**[1] : e **P**[2]**GHV** || 15 carere sensu *del. Hartman* | etiam **PGV** : vel **H** | meliore esse sensu *del. Hartman* || 16 rettulissem **P** : retu- **GH** | sine ea **P**[2]**GHV** : sinea **P**[1] | expetendum **PG**[1]**H** : expetundum **G**[2]**V** || 18 regis opinor **PGH** : *om. Schol.* | Erechthei *edd.* : erecthei **P**[1]**G** : ericthei **P**[2]**H** : erectae *Schol.* | pro patria **PGHV** : *om. Schol.* || 19 essem civitatis **PGHV** : civitatis essem *Schol.* || 20 C. *Schol.* : q. **PGHV** | Mucius *Schol.* **P** : mutius **GHV** | porsenae **P**[2]**G**[2] : porsin(a)e **P**[1]**G**[1]**V** : porsennae **H** *Pet.* || 22 aliquot (-quod **P**[1]) annos **P**[2]**GH** : aliquos annos **V** : aliquot annis *Reid ap. Holden 269* : *del. Paul 328* | filius **PH** : filiis **GV** || 23 devovisset **P**[2]**GHV** : devobisset **P**[1]

innumerabiles alii partim adipiscendae laudis, partim vitandae turpitudinis causa mortem in variis bellis aequissimis animis oppetissent; in qua civitate ipse meminissem patrem huius M. Crassi, fortissimum virum, ne videret victorem vivus inimicum, eadem sibi manu vitam exhausisse
5 qua mortem saepe hostibus optulisset. 22

Haec ego et multa alia cogitans hoc videbam, si causam publicam mea 49 mors peremisset, neminem unquam fore qui auderet suscipere contra improbos civis salutem rei publicae. itaque non solum si vi interissem, sed etiam si morbo extinctus essem, fore putabam ut exemplum rei
10 publicae conservandae mecum simul interiret. quis enim unquam me a senatu populoque Romano tanto omnium bonorum studio non restituto, quod certe, si essem interfectus, accidere non potuisset, ullam rei publicae partem cum sua minima invidia auderet attingere? servavi igitur rem publicam discessu meo, iudices; caedem a vobis liberisque vestris, vasti-
15 tatem, incendia, rapinas meo dolore luctuque depuli et unus rem publicam bis servavi, semel gloria, iterum aerumna mea. neque enim in hoc me hominem esse infitiabor umquam, ut me optumo fratre, carissimis liberis, fidissima coniuge, vestro conspectu, patria, hoc honoris gradu sine dolore caruisse glorier. quod si fecissem, quod a me beneficium haberetis,
20 cum pro vobis ea quae mihi essent vilia reliquissem? hoc meo quidem animo summi in patriam amoris mei signum esse debet certissimum, quod, cum abesse ab ea sine summo dolore non possem, hunc me perpeti quam illam labefactari ab improbis malui. memineram, iudices, divinum illum 50 virum atque ex isdem quibus nos radicibus natum ad salutem huius im-
25 peri, C. Marium, summa senectute, cum vim prope iustorum armorum profugisset, primo senile corpus paludibus occultasse demersum, deinde ad infimorum ac tenuissimorum hominum Minturnensium misericordiam confugisse, inde navigio perparvo, cum omnis portus terrasque fugeret,

3 patrem ... virum *Schol.* || 3–5 ne ... optulisset *haec ex Enni Telamone vel Pacuvi Teucro petita esse opinatur O. Müller*[1] *117* || 15–16 bis rem p. servavi ... mea *Schol.*

1 laudis partim vitandae **P**[2]**GHV** : *om.* **P**[1] || 2 in variis bellis *del. Paul 328* || 4 vivus **PGV** : *om.* **H** || 7 unquam **H** : um- **PG** || 8 civis **P** : cives **H** : *om.* **GV** | si vi **GP**[3] : sive **P**[1]**BH** : sui **V** || 9 etiam si **PG** : sive etiam **H** : etiam **V** || 10 unquam **H** : um- **PG** || 11 omnium bonorum **PGV** : bonorum omnium **H** | non **P**[1]**B GV** : nunc **HP**[3] || 13 cum **PGV** : *om.* **H** | minima **PGV** : numina **H** || 14 c(a)edem **PGV** : et cedem **H** | vastitatem **P**[2]**GHV** : vastatem **P**[1] || 15–16 ·R·p· bis **GVP**[3] : ·R·p· vis **P**[1] : ·R· (rem **H**) p· vobis **P**[2]**BH** : bis rem p. *Schol.* || 16 semel gloria *Schol.* **GVP**[3] : semigloria **P**[1]**BH** || 16–p. 30, 6 neque ... quidem *om.* **H** || 17 me[2] **P**[2]**G** : meo **P**[1]**V** || 19 si **PG**[2]**V** : se **G**[1] || 24 isdem **PG**[1] : iisdem **G**[2] : eisdem **V** || 25 vim prope **PGV** : prope vim **N** : propter vim *Lb.*[1] : vi prope *Ha.*[1] || 26 [pro]fugisset *H. Keil 19* || 27 infimorum **P** : infirmorum **GV** | Minturnensium *Lb.*[1] *We. 33* : minturnis (men- **P**[1]) **P**[2]**GN** *quod tamquam ablativum loci cum* 28 confugisse *coniunctum prob. Sey.*[1] *60, R. Kl. Praef. VII et XXVII* : *del. Ha.*[1] || 28 omnis **P**[2]**GV** : onis **P**[1]

in oras Africae desertissimas pervenisse. atque ille vitam suam, ne inultus esset, ad incertissimam spem et ad rei publicae fatum reservavit; ego qui, quem ad modum multi in senatu me apsente dixerunt, periculo rei publicae vivebam, quique ob eam causam consularibus litteris de senatus sententia exteris nationibus commendabar, nonne, si meam vitam dese- 5 ruissem, rem publicam prodidissem? in qua quidem nunc me restituto vivit mecum simul exemplum fidei publicae. quod si inmortale retinetur, quis non intellegit inmortalem hanc civitatem futuram?

23 51 Nam externa bella regum, gentium, nationum iam pridem ita extincta sunt ut praeclare cum iis agamus quos pacatos esse patiamur; denique ex 10 bellica victoria non fere quemquam est invidia civium consecuta. domesticis malis et audacium civium consiliis saepe est resistendum, eorumque periculorum est in re publica retinenda medicina; quam omnem, iudices, perdidissetis, si meo interitu senatui populoque Romano doloris sui de me declarandi potestas esset erepta. qua re moneo vos, adulescen- 15 tes, atque hoc meo iure praecipio, qui dignitatem, qui rem publicam, qui gloriam spectatis, ne, si quae vos aliquando necessitas ad rem publicam contra improbos civis defendendam vocabit, segniores sitis et recordatione 52 mei casus a consiliis fortibus refugiatis. primum non est periculum ne quis umquam incidat in eius modi consules, praesertim si erit is id quod 20 debetur persolutum. deinde numquam iam, ut spero, quisquam improbus consilio et auxilio bonorum se oppugnare rem publicam dicet illis tacentibus nec armati exercitus terrorem opponet togatis; neque erit iusta causa ad portas sedenti imperatori qua re suum terrorem falso iactari opponique patiatur. numquam autem erit tam oppressus senatus ut ei 25

15 qua re ... adulescentes *Schol.* || **20–21** si erit id ... persolutum *Schol.* || **23–24** neque ... sedendi imperatori *Schol.*

1 atque **PGV** : atqui *Fle.*[1] *27* | ille **P**[2]**GV** : illam **P**[1] | inultus *ed. R.* : invitus **PGN** : *corruptiora exhibet* **V** || **2–4** fatum ... rei p. *om.* **V** || **2** fatum *Pantagathus; cf. dom. 145* : ratum **PG**[1] : raptum **G**[2] : statum **N** : casum *Jac. 702* : interitum *Sey.*[1] *61* : recuperationem *Paul 311, alii alia* : ad ⟨alium⟩ rei p. statum *Gar.* || **3** multi **P**[2]**GN** : ulti **P**[1] || **4** litteris **P**[2]**GV** : litteres **P**[1] || **5** vitam *edd.* : multam **PGV** || **6** qua *Ern.* : quo **PGV** || **7** quod **HVN** : quid **PG** || **7–8** inmortale ... inmortalem **G** : imm- ... imm- **P** || **7** retinetur **PGV** : tenetur **H** || **8** intellegit **PG** : intelliget **V** : intelligat **H** || **9–15** nam ... erepta *om.* **H** || **10** iis **G** : his **P** *Sey.*[1] *60* | agamus **P**[2]**GV** : agimus **P**[1] || **11** fere **P**[2]**GV** : fiere **P**[1] | quemquam est **P**[2]**G** : quemquamst **P**[1] || **16** praecipio **GHV** : praecipuo **P** || **17** ne si **P**[2]**GHV** : nisi **P**[1] | quae **P**[1]**GV** : qua **P**[2]**H** || **18** vocabit (-b- *ex* -u- **H**[1]) **P**[2]**GHV** : vocavit **P**[1] : vocarit *Ern.* | segniores **PG**[1]**HV** : seniores *sscr.* **G**[2] | et **PGHV** : aut *Ha.* || **19** mei **P**[2]**GH** : ei **P**[1] | refugiatis **P**[2]**GHV** : refugiat **P**[1] || **19–p. 31, 5** primum ... revocatum *om.* **H** || **19.20** ne quis **PGV** : ne civitas *Lb.*[1] || **20** incidat **P** : incitat **G** : *corruptiora in* **V** | erit is (*scr.* eritis) **P**[1]**GV** : erit iis **P**[2] : erit *Schol.* || **22** ·R·P· **G** : ·R·p· (*sed* p *sscr.*) **P** : romano p. **V** || **24** sedenti **PGV** : sedendi *Schol.* || **25** patiatur **P**[2]**GV** : patiaturum **P**[1] | autem (*vel* denique) *Gar.* : enim **PGV** *Sey.*[1] *60* : etiam *Man.* : iam *Or.*[1]

ne supplicandi quidem ac lugendi sit potestas, tam captus equester ordo
ut equites Romani a consule relegentur. quae cum omnia atque etiam
multo alia maiora, quae consulto praetereo, accidissent, videtis me tamen
in meam pristinam dignitatem brevi tempore doloris interiecto rei publi-
5 cae voce esse revocatum.

24 53 Sed ut revortar ad illud quod mihi in hac omni est oratione propositum,
omnibus malis illo anno scelere consulum rem publicam esse confectam,
primum illo ipso die, qui mihi funestus fuit, omnibus bonis luctuosus,
cum ego me ⟨e⟩ complexu patriae conspectuque vestro eripuissem et me-
10 tu vestri periculi, non mei, furori hominis, sceleri, perfidiae, telis minisque
cessissem patriamque, quae mihi erat carissima, propter ipsius patriae
caritatem reliquissem, cum meum illum casum tam horribilem, tam gra-
vem, tam repentinum non solum homines sed tecta urbis ac templa lu-
gerent, nemo vestrum forum, nemo curiam, nemo lucem aspicere vellet:
15 illo, inquam, ipso die — die dico? immo hora atque etiam puncto tempo-
ris eodem mihi reique publicae pernicies, Gabinio et Pisoni provincia ro-
gata est. pro dei inmortales, custodes et conservatores huius urbis atque
imperi, quaenam illa in re publica monstra, quae scelera vidistis! civis
erat expulsus is qui rem publicam ex senatus auctoritate cum omnibus
20 bonis defenderat, et expulsus non alio aliquo, sed eo ipso crimine. erat
autem expulsus sine iudicio, vi, lapidibus, ferro, servitio denique conci-
tato; lex erat lata vastato ac relicto foro et sicariis servisque tradito, et
ea lex quae ut ne ferretur senatus fuerat veste mutata. hac tanta pertur- 54
batione civitatis ne noctem quidem consules inter meum ⟨casum⟩ et
25 suam praedam interesse passi sunt; statim me perculso ad meum san-
guinem hauriendum et spirante etiam re publica ad eius spolia detra-
henda advolaverunt. omitto gratulationes, epulas, partitionem aerari,
beneficia, spem, promissa, praedam, laetitiam paucorum in luctu omnium.

1 quidem **PG**^{2}**V** : *om.* **G**^{1} || 2 relegentur *ex* reli- *corr.* **B** : religentur **PGV** || 3 multo **PGV** : multa *Ern.* || 4 brevi tempore **P**^{2}**GV** : brevitatempore **P**^{1} : brevi ta⟨ntum⟩ tempore (?) *Ha.*^{1} || 6 est oratione **PGV** : oratione est **H** || 7–8 malis . . . omnibus *om.* **V** || 7 anno **PH** : *om.* **GN** | confectam **PG** : confectum **HN** || 8 qui **P**^{2}**GHN** : qua **P**^{1} || 9 e *ed. Asc.* || 10 hominis **P**^{2}**H** : hōm· **G** : hom· **P**^{1} : hominum **N** : ? **V** | tellis **P**^{1} | minisque **PGV** : inuiisque **H** : iniuriisque ς || 13 urbis **PGV** : urbes **H** || 14 nemo^{2} **PHG**^{2}**V** : neme **G**^{1} || 15 die die **GHVP**^{3} : die **P**^{1}**B** || 16. 17 rogata est **P**^{2}**GH** : rogatast **P**^{1} || 17 dei **PG**^{1}**V** : dii **HG**^{2} | inmortales **G** : imm- **P** || 18 vidistis **PGV** : vidisti **H** || 18–23 civis . . . mutata *om.* **H** || 19 is **P**^{2}**GH** : his **P**^{1} || 21 autem **PG**^{2} : hoc **G**^{1} : enim **V** | vi **P**^{1} : ut **P**^{2} : *om.* **GV** || 22 vastato **BGV** : vasta *ex* vasto **P**^{1} : vastata **P**^{2} || 23 feretur **G**^{1} || 24 casum **H** *We. 34, Jeep*^{4} *617* : *om.* **P**^{1}**BGV** : discrimen **N** *ed. R.* **P**^{3} : interitum *von Jan 430, Sey.*^{1} *60* || 25 suam praedam **H** : suam a praedam *ex* summa praedam **P**^{1} : suum a praeda **P**^{2}**B** *cf. Ha.*^{3} *322 adn. 2* : suiam a praeda **G** : sui arma preda **V** | interesse **P**^{2}**GHV** : interse **P**^{1} || 27 omitto **PGV** : amitto **H** | partitionem **PH** : partionem **GV** | aerarii **PGH** || 28 spem promissa **PGV** : spe repromissa **H**

vexabatur uxor mea, liberi ad necem quaerebantur, gener, et Piso gener, a Pisonis consulis pedibus supplex reiciebatur, bona diripiebantur eaque ad consules deferebantur, domus ardebat in Palatio; consules epulabantur. quod si meis incommodis laetabantur, urbis tamen periculo commoverentur. 5

25 55 Sed ut ⟨a⟩ mea causa iam recedam, reliquas illius anni pestes recordamini — sic enim facillime perspicietis quantam vim omnium remediorum a magistratibus proxumis res publica desiderarit —, legum multitudinem, cum earum quae latae sunt, tum vero quae promulgatae fuerunt. nam latae quidem sunt consulibus illis — tacentibus dicam? 10 immo vero etiam adprobantibus, ut censoria notio et gravissimum iudicium sanctissimi magistratus de re publica tolleretur, ut collegia non modo illa vetera contra senatus consultum restituerentur, sed ⟨ab⟩ uno gladiatore innumerabilia alia nova conscriberentur, ut remissis senis et trientibus quinta prope pars vectigalium tolleretur, ut Gabinio pro illa 15 sua Cilicia, quam sibi, si rem publicam prodidisset, pactus erat, Syria daretur, et uni helluoni bis de eadem re deliberandi et rogata ⟨lege potestas per nov⟩am legem fieret provinciae commutandae.

26 56 Mitto eam legem quae omnia iura religionum, auspiciorum, potestatum, omnis leges quae sunt de iure et de tempore legum rogandarum, una ro- 20 gatione delevit, mitto omnem domesticam labem; etiam exteras nationes illius anni furore conquassatas videbamus. lege tribunicia Matris Magnae Pessinuntius ille sacerdos expulsus et spoliatus sacerdotio est, fanumque sanctissimarum atque antiquissimarum religionum venditum pecunia

1 gener et Piso gener *Schol.* || 8—10 legum cum ... quae letae tum ... fuerunt *Schol.* || 11 ut censoria notia *Schol.* || 14—15 ut remisis senis et tribentibus ... tolleretur *Schol.*

1 gener et Piso gener *Schol.* **P**^{1}**H** : *om.* **G**^{1}**V**, *sed in* **G** gener *sscr.* **G**^{2} : gener et piso *del.* **P**^{2} || 2 reicebatur **P**^{1} | eaquae **P**^{1} || 6 a **HG**^{2}**P**^{3} : *om.* **P**^{1}**BG**^{1}**V** | causa **P**^{2}**GHV** : causam **P**^{1} | pestes **P**^{2}**H** : petes **P**^{1} : partes **GV** | recordamini: ⟨recordamini⟩ *Sey.*^{1} *61* || 8 desiderarit **PG** : -ri **V** : dederarit **H** || 8—p. 37, 8 legum ... exturbari *om.* **H** || 8 ⟨mitto⟩ legum *Ri. 274 cl. § 56 lin. 19* mitto eam legem *et 21* mitto omnem domesticam labem | multitudinem **PGV** : *om. Schol.* || 9 lat(a)e sunt **PGV** : letae *Schol.* || 10 quidem **P** : *om.* **GV** || 11 etiam adprobantibus **P** : approbantibus etiam **GV** | dicam immo vero etiam adprobantibus *inter* adprobantibus *et* ut *del.* **P**^{2} | notio **PGV** : notia *Schol.* : notatio ς (*e. g. Escorial. R-I-12*) || 13 ab *Naug.*^{1} || 14 remisis *Schol.* || 15 trientibus **PGV** : tribentibus *Schol.* | quinta *Schol.* **P**^{2}**GV** : quinita **P**^{1} || 17 et uni helluoni **PG**^{2}**V** : etni holluoni **G**^{1} | et^2 **P** : esset **G** : esse **V** || 17—18 rogata ⟨lege potestas per nov⟩am legem *Heine, Url.*^{2} *152* : *inter* rogata *et* am legem *lacunam XIX fere litt. exhibet* **P** : rogata legem *sine lac.* **GV** : rogata ⟨lege potestas nov⟩a[m] lege[m] *Ha.*^{2} : rogata ⟨lege nova potestas contra su⟩am legem *Ri. 274* || 18 fieret **P** : ferret **GV** || 19 religionum **PV** : re|legionum **G** || 20 omnis ... rogandarum *del. Paul 325 quasi pro § 33 p. 21, 3. 4* ne auspicia *sqq. explicationis causa hic adlata in textum irrepsissent* || 23 ille **P**^{2}**GV** : illi **P**^{1} | et spoliatus **P** : expoliatus **NV** : et expoliatus **G** | sacerdotio est **P**^{2}**GV** : sacerdotiost **P**^{1}

grandi Brogitaro, impuro homini atque indigno illa religione, praesertim cum eam sibi ille non colendi, sed violandi causa adpetisset; appellati reges a populo qui id numquam ne a senatu quidem postulassent, reducti exules Byzantium condemnati tum cum indemnati cives e civitate eicie-
5 bantur. rex Ptolomaeus, qui, si nondum erat ipse a senatu socius appella- 57
tus, erat tamen frater eius regis qui, cum esset in eadem causa, iam erat a senatu honorem istum consecutus, erat eodem genere eisdemque maioribus, eadem vetustate societatis, denique erat rex, si nondum socius, at non hostis; pacatus, quietus, fretus imperio populi Romani regno paterno
10 atque avito regali otio perfruebatur — : de hoc nihil cogitante, nihil suspicante eisdem operis suffragium ferentibus est rogatum ut sedens cum purpura et sceptro et illis insignibus regiis praeconi publico subiceretur, et imperante populo Romano, qui etiam bello victis regibus regna reddere consuevit, rex amicus nulla iniuria commemorata, nullis rebus repetitis
15 cum bonis omnibus publicaretur.

27 58 Multa acerba, multa turpia, multa turbulenta habuit ille annus; tamen illi sceleri quod in me illorum immanitas edidit haud scio an recte hoc proximum esse dicamus. Antiochum Magnum illum maiores nostri magna belli contentione terra marique superatum intra montem Taurum regnare
20 iusserunt, Asiam, qua illum multarunt, Attalo, ut is regnaret in ea, condonaverunt. cum Armeniorum rege Tigrane grave bellum nuper ipsi diuturnumque gessimus, cum ille iniuriis in socios nostros inferendis

1 Brogitarum *Schol.* || 3–4 reducti exules Byzantium *Schol.* || 5–6 Prolemaeus . . . erat a senatu . . . eius *Schol.* || 11–12 ut . . . sceptro *Schol.* || 18–20 Antiochum . . . ut is in ea regnaret condonarunt *Gell. 12, 13, 26* || 18 Antiochum Magnum *Schol.* || 21–p. 34, 8 (cum . . . videri) *cf. Val. Max. 5, 1, 9* regem Armeniae Tigranem, qui et per se magna cum populo Romano bella gesserat et infestissimum urbi nostrae Mitridatem Ponto pulsum viribus suis protexerat, in conspectu suo diutius iacere supplicem passus non est, sed benignis verbis recreatum diadema quod abiecerat capiti reponere iussit certisque rebus imperatis in pristinum fortunae habitum restituit, aeque pulchrum esse iudicans et vincere reges et facere

1 brogitaro **PGV** : Brogitarum *Schol.* || 2 eam *Man.* : ea **PGV** || 4 Byzantium *Schol.* : biz- **PGV** || 5 ptolomeus **G** : ptholomeus **NV** : ptolaemeus **P** : prolemaeus *Schol.* | ipse **PGV** : *om. Schol.* || 6. 7 erat a **P** : parata **G**^{1}**V** : parata a **G**^{2} || 7 honorem . . . consecutus **P**^{2}**GV** : *om.* **P**^{1} : societatis et amicitiae honorem consecutus *ex Scholiastae explicatione et § 59 p. 34, 11–12* regnat . . . est consecutus *Vahlen 297* | istum **PGV** : illum *We. 9* : iustum *Landgraf 59; sed cf. He. 54 qui* istum *ad iudices refert ut sit aut 'quem vos datis' aut 'de quo dicentem paulo ante me audistis'* || 9 ⟨munitus⟩ *vel* ⟨tutus⟩ regno *H. Keil 19* || 10 de hoc **PV** : denique **G** || 12 regiis **PV** : regis **G** || 14 rebus **P** : *om.* **GV** || 16 acerba *in ras.* **P** || 18 dicamus **P** : dicam **GV** | magnum illum **P** : illum magnum **GV** || 20 asiam **G** : asia **PV** | attalo **PG**^{2} : atalo **G**^{1} | regnaret in ea condonaverunt **PGV** : in ea regnaret condonarunt *Gell.* || 21 cum **B** : quom **PV** : quocum **GN** | tigrane **PV** : tyg- **G** | nuper ipsi *Ha.*^{1} : aut per ipsi **P**^{1} : *del.* **P**^{2} : per **GV** : [aut per] ipsi *Novák*^{1} *110 cui voces* aut per *glossam 'aut populus Romanus'* ipsi *explicantem continere videntur*

bello prope nos lacessisset. hic et ipse per se vehemens fuit et acerrimum hostem huius imperi Mithridatem pulsum Ponto opibus suis regnoque defendit et a L. Lucullo, summo viro atque imperatore, pulsus animo tamen hostili cum reliquis suis copiis in pristina mente mansit. hunc Cn. Pompeius cum in suis castris supplicem abiectum vidisset erexit 5 atque insigne regium, quod ille de suo capite abiecerat, reposuit et certis rebus imperatis regnare iussit nec minus et sibi et huic imperio gloriosum 59 putavit constitutum a se regem quam constrictum videri. *** tulit gessit, qui et ipse hostis fuit populi Romani et acerrimum hostem in regnum recepit, qui conflixit, qui signa contulit, qui de imperio paene certavit, 10 regnat hodie et amicitiae nomen ac societatis, quod armis violaverat, id precibus est consecutus; ille Cyprius miser, qui semper amicus, semper socius fuit, de quo nulla umquam suspicio durior aut ad senatum aut ad imperatores allata nostros est, vivus, ut aiunt, est et videns cum victu ac vestitu suo publicatus. en cur ceteri reges stabilem esse suam fortunam 15 arbitrentur, cum hoc illius funesti anni prodito exemplo videant per tribunum aliquem et sescentas operas se fortunis spoliari et regno omni posse nudari!

28 60 At etiam eo negotio M. Catonis splendorem maculare voluerunt ignari quid gravitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique vir- 20 tus valeret, quae in tempestate saeva quieta est et lucet in tenebris et

16–17 cum videant … operas *Schol.* || 19 M. Catonis *Schol.* || 21–p. 35, 2 quae … obsolescit *haec ex poeta aliquo derivata videntur Ottoni Schönberger 385* || 21 quae et in tempestate … tenebris *Schol.*

1 lacessissed P^{1} | vehemens ⟨hostis⟩ *Ri. 274* : ⟨hostis⟩ vehemens *Dietrich 512 cl. lin. 9* hostis … hostem || 2 huius imperii mithridatem (mitri- G : metumdatem V) GNV : *om.* P : huius urbis Mithridatem *Ha.*^{1} *cl. Val. Max.* | ponto P : pro eo GV || 3 a L. *Mdv.*^{2} *359* : ad P^{1} : a P^{2}GN : *corruptiora in* V : ab L. *Ha.*^{1} | luculo P | pulsus *Ang.* : pulsum PGV : superatus *A. Kl.* : repulsus *Ha.*^{2} : victus *R. Kl.* : perculsus *Paul 313, alii alia; sed cf. § 134 p. 71, 9–12* elatus … elatus; *cf. etiam Laughton* || 7 huic GN : hunc P || 8 quam constrictum a se regem *inter* regem *et* quam *del.* P^{2} | *** tulit (*ex* tuli P^{1}) gessit qui *lac. XVII litterarum relicta* P : tulit gessit qui (*ex* -que G^{1}) *sine lac.* GV : Tigranes igitur qui *ex cod. Lb.*^{1} : hic igitur qui *We. 8* : rex igitur Armenius qui *Ha.*^{2} : ⟨ita qui bellum et in⟩tulit ⟨et⟩ gessit, qui *Mdv.*^{2} *360 adn. 2* : ⟨hic qui iniurias in⟩tulit, ⟨qui la⟩cessivit, qui *Koechly*^{1} : ⟨is igitur, qui bellum in⟩tulit, ⟨qui la⟩cessivit, qui *Koch* : ⟨hic qui bellum in⟩tulit, gessit, qui *Mue.* : ⟨qui bellum sociis in⟩tulit, gessit, qui *Maehly 43* : ⟨hic igitur, qui cum sociis nostris bellum⟩ gessit, qui *Ri. 274* : ⟨ita qui bellum quod socer populo R. in⟩tulit, gessit, qui *vel* ⟨ita qui ipse gravissimum bellum quod socer eius populo R. in⟩tulit, gessit, qui *A. Kl.* : ⟨itaque qui bellum Lu⟩culli gessit, qui *Url.*^{2} *152* || 9 hostes P^{1} | et^{2} PG^{2} : ex G^{1}V || 11 violaverat *A. Kl.* : violat PGV : violarat *Naug.*^{1} || 12 cyprius GV : ciprinus P || 12–13 semper amicus semper socius P : semper socius semper amicus GV || 14 allata nostros P : nostros allata GV || 15 en GV : em P || 16 hoc … exemplo PGV : *om. Schol.* || 20 animi PG^{2}V : animo G^{1} || 21 quae PGV : quae et *Schol.* | quieta est *Schol.* P^{2}GV : quietast P^{1}

pulsa loco manet tamen atque haeret in patria splendetque per sese sem-
per neque alienis umquam sordibus obsolescit. non illi ornandum M. Ca-
tonem sed relegandum, nec illi committendum illud negotium sed inpo-
nendum putaverunt, qui in contione palam dixerint linguam se evellisse
5 M. Catoni, quae semper contra extraordinaiias potestates libera fuisset.
sentient, ut spero, brevi tempore manere libertatem illam atque hoc etiam,
si fieri potuerit, esse maiorem, quod cum consulibus illis M. Cato, etiam
cum iam desperasset aliquid auctoritate sua profici posse, tamen voce
ipsa ac dolore pugnavit et post meum discessum iis Pisonem verbis flens
10 meum et rei publicae casum vexavit ut illum hominem perditissimum at-
que inpudentissimum paene iam provinciae paeniteret. cur igitur roga-
tioni paruit? quasi vero ille non in alias quoque leges, quas iniuste roga- 61
tas putaret, iam ante iurarit! non offert se ille istis temeritatibus, ut, cum
rei publicae nihil prosit, se civi rem ⟨publicam⟩ privet. consule me cum
15 esset designatus tribunus plebis, obtulit in discrimen vitam suam; dixit
eam sententiam cuius invidiam capitis periculo sibi praestandam vide-
bat; dixit vehementer, egit acriter, ea quae sensit prae se tulit, dux, auc-
tor, actor rerum illarum fuit, non quo periculum suum non videret, set in
tanta rei publicae tempestate nihil sibi nisi de patriae periculis cogitan-
20 dum putabat.

Consecutus est ipsius tribunatus. quid ego de singulari magnitudine 29 62
animi eius ac de incredibili virtute dicam? meministis illum diem cum
templo a collega occupato, nobis omnibus de vita eius viri et civis timen-
tibus ipse animo firmissimo venit in templum et clamorem hominum
25 auctoritate, inpetum inproborum virtute sedavit. adiit tum periculum, sed

12–13 quasi . . . leges iuraverit *Schol.* || 22–23 meministis . . . occupato *Schol.* ||
25–p. 36, 1 adiit periculum ob eam causam . . . necesse *Schol.*

1 lo**co **P** | ⟨exul⟩ haeret in patria *Dobree 6* : ⟨expulsa⟩ haeret in patria *Busche* : haeret impavida (*hoc pro* in patria) *Pluyg.*[1] *333* | splendetquae **P**^{1} || 2 alienis umquam **P**^{2}**G**^{2}**V** : alienis sumquam **P**^{1} : aliis eius umquam **G**^{1} || 3 relegandum **B** : reli- **PGV** | nec illi (*ex* illo **P**^{2}) committendum **P** : *om.* **GV** | inponendum **P**^{2}**GV** : inpondum **P**^{1} || 4 evelisse **P** || 6–7 hoc . . . quod **PGV** : ea (*sc.* libertate) . . . qua *Sh. B. 270* || 10 perdidissimum **G**^{1} || 12 paruit **PG**^{2} : paravit **G**^{1}**V** | in *Schol.* **P**^{2}**GV** : *om.* **P**^{1} | alias *Schol.* : altas **P** : alteras **GV** || 12–13 quas . . . ante **PGV** : *om. Schol.* || 12 iniuste **GV** : intuste **P** || 13 iurarit **PG** : iuravit **V** : iuraverit *Schol.* | istis **P** : testis **GV** || 14 rem ⟨p.⟩ *ed. Asc.* : ·R· (r. **G**) **PG** : romano **V** || 15 esset **P**^{2}**GN** : esse **P**^{1}**V** | suam **P**^{2}**GV** : sum **P**^{1} || 16 cuius **PV** : cuius cuius **GN** || 18 set **P** : sed **G**^{2}**V** : sed si **G**^{1} || 21 ipsius **PGV** : ipse eius *Paul 308* | ego *ed. R.* : ergo **PGV** || 22 meministis *Schol.* **P**^{2}**GV** : menistis **P**^{1} || 23 eius **P**^{2}**GV** : ***us **P**^{1} : talis *Ha.*[1] : unius (?) *Pet.* || 24 hominum **PGV** : omnium *Url.*[2] *152* || 25 inproborum *post* hominum *transp. Koch*[3] *385 cl. § 85* omnia hominum cum egestate tum audacia perditorum clamore, concursu, vi, manu gerebantur | tum **PGV** : *om. Schol.* | sed adiit **PGV** : *om. Schol.*

adiit ob eam causam quae quanta fuerit iam mihi dicere non est necesse. at si isti Cypriae rogationi sceleratissimae non paruisset, haereret illa nihilo minus rei publicae turpitudo; regno enim iam publicato de ipso Catone erat nominatim rogatum. quod ille si repudiasset, dubitatis quin ei vis esset allata, cum omnia acta illius anni per unum illum labefactari 5
63 viderentur? atque etiam hoc videbat, quoniam illa in re publica macula regni publicati maneret, quam nemo iam posset eluere, quod ex malis boni posset in rem publicam pervenire, id utilius esse per se conservari quam per alios. atque ille etiam si alia quapiam vi expelleretur illis temporibus ex hac urbe, facile pateretur. etenim qui superiore anno senatu 10 caruisset, quo si tum veniret me tamen socium suorum in re publica consiliorum videre posset, is aequo animo tum me expulso et meo nomine cum universo senatu tum sententia sua condemnata in hac urbe esse posset? ille vero eidem tempori cui nos, eiusdem furori, eisdem consulibus, eisdem minis, insidiis, periculis cessit. luctum nos hausimus maiorem, 15 dolorem ille animi non minorem.

30 64 His de tot tantisque iniuriis in socios, in reges, in civitates liberas consulum querella esse debuit; in eius magistratus tutela reges atque exterae nationes semper fuerunt. ecquae vox unquam est audita consulum? quanquam quis audiret, si maxime queri vellent? de Cyprio rege quere- 20 rentur qui me civem nullo meo crimine patriae nomine laborantem non modo stantem non defenderunt sed ne iacentem quidem protexerunt? cesseram, si alienam a me plebem fuisse voltis, quae non fuit, invidiae;

10–11 qui . . . caruisse *Schol.* || **13** ut sententia sua condemnata *Schol.*

1 ob eam *Schol.* : ob **P** *def. A. Kl.* : *om.* **GV** | iam *Schol.* **P** : *om.* **GV** | mihi dicere *Schol.* **P** : dicere mihi **GV** || **3** rei p. *Or.*[2] : ·R·P· **P** : in r·p· **GV** *fort. recte* | plublicato **P** || **4–5** quin ei vis **P**[2]**V** : quin|*ei vis **G** : quin*vis **P**[1] || **8** boni **P**[2] : bonis **P**[1]**GV** | posset **G**[2]**V** *Ern.* : possit **PG**[1] | conservari **PV** : conversari **GN** || **9** per alios] *hic aliquid excidisse primus statuit Man. qui proposuit* ⟨amitti⟩ per alios : ⟨perire⟩ per alios *Tittler*[2] *492* (*spretum a Sey.*[1] *62*) : per alios ⟨dissipari⟩ *C. T. Zumpt, Verr. ed. Berolini 1831, 286* (*ad 2, 47*); *prob. Zie. 206* : per alios ⟨alienari⟩ *Sey.*[1] *61* | alia quapiam **P**[2] : aliquapiam **P**[1]**GN** : aliqua aliapiam **V** | vi **P**[2]**GV** : ve **P**[1] || **10** hac **P**[2]**GV** : ac **P**[1] | 'superiore *Schol.* **PN** : superiori **G**[2]**V** : super veri **G**[1] || **11** caruisse *Schol.* | tum **GV** : tu **P** | in ·R·p· **PN** : in p·r· **GV** || **12** videre **P**[2]**G** : videri **V** : vide **P**[1] | posset **G**[2] : possit **PG**[1]**V** || **13** tum **PGV** : ut *Schol.* || **14** cui *Man.* : quo **PGV** *hac dativi forma Ciceronem usum esse susp. A. Kl.; cf. codd. ad § 110 p. 59, 2* quoi *et T. Birt, ALL 15, 1908, 81* | eisdem *ed. Asc. 1522* : et isdem (eisdem **V**) **PGV** *Mdv.*[2] *361, We. 64* || **15** maiorem **P**[2]**GV** : *morem **P**[1] || **16** dolorem **P** : *om.* **GV** | ille **P**[2]**G**[2] : illi **G**[1]**V** : ille mille **P**[1] || **17** tot **PV** : *om.* **GN** | tantisquae **P**[1] | iniuris **P**[1] | civitates liberas **P** : liberas civitates **GV** || **18** querella (querela **G** : querela **V**) esse **P**[2]**GV** : querellesse **P**[1] | eius **PGV** : cuius *Pluyg.*[1] *333* | tutella **P**[1] || **19** ecquae **P**[1] : etquae **P**[2] : h(a)ecque **GV** || **20** quanquam **G** : quam- **P** | audiret *Man.* : auderet **PGV** || **21** civem **GN** : cive **PV** | nulo **P**[1] || **22** ne iacentem quidem **P** : ne quidem iacentem **N** : mei (me **V**) iacentem **GV** || **23** quae **P**[1] : quare **P**[2] : qua **GV**

si commoveri omnia videbantur, tempori; si vis suberat, armis; si socie-
tas magistratuum, pactioni; si periculum civium, rei publicae. cur, cum 65
de capite civis – non disputo cuius modi civis – et de bonis proscriptio
ferretur, cum et sacratis legibus et XII tabulis sanctum esset ut ne cui
5 privilegium inrogari liceret neve de capite nisi comitiis centuriatis rogari,
nulla vox est audita consulum, constitutumque est illo anno, quantum in
illis duabus huius imperi pestibus fuit, iure posse per operas concitatas
quemvis civem nominatim tribuni plebis concilio ex civitate exturbari?
Quae vero promulgata illo anno fuerint, quae promissa multis, quae 66
10 conscripta, quae sperata, quae cogitata, quid dicam? qui locus orbi terrae
iam non erat alicui destinatus? cuius negoti publici cogitari, optari, fingi
curatio potuit quae non esset attributa atque discripta? quod genus im-
peri aut quae provincia, quae ratio aut flandae aut conflandae pecuniae
non reperiebatur? quae regio orave terrarum erat latior in qua non re-
15 gnum aliquod statueretur? quis autem rex erat qui illo anno non aut emen-
dum sibi quod non habebat, aut redimendum quod habebat arbitrare-
tur? quis provinciam, quis pecuniam, quis legationem a senatu petebat?
damnatis de vi restitutio, consulatus petitio ipsi illi populari sacerdoti
conparabatur. haec gemebant boni, sperabant inprobi, agebat tribunus
20 plebis, consules adiuvabant.
Hic aliquando, serius quam ipse vellet, Cn. Pompeius invitissimis iis 31 67
qui mentem optumi ac fortissimi viri suis consiliis fictisque terroribus a
defensione meae salutis averterant, excitavit illam suam non sopitam,
sed suspicione aliqua retardatam consuetudinem rei publicae bene ge-
25 rendae. non est passus ille vir, qui sceleratissimos civis, qui acerrimos
hostis, qui maximas nationes, qui reges, qui gentis feras atque inauditas,

1 commoveri **B** : quomoveri **P^{2}G** : quamoveri **P^1** | tempori *edd.* : tempore **PGV** | suberat **P** : superat **GV** || 3 proscriptio **GV** : proscripto **P** : proscripti **N** *Jac. 705* || 4 sacratis **P** : sacris **GN** : cesaris **V** | et XII **N** : et duodecim **G** : et e ·XII· **PV** | esset **P^{2}GV** : esse **P^1** | ne cui *Mo.* : neque **PGV** : neve *Lb.*^{1} || 8 quemvis **G^2** : quamvis **PV** : quavis **G^1** | civem **PG^2** : vicem **NV** : vice **G^1** | ex civitate *bis* **P^1** || 9 fuerint *O. M. Mueller, Mdv.*^{2} *361* : fuerant **PGHV** || 10–12 qui locus . . . discripta *om.* **H** || 10 orbi **P** *cf. Verr. 4, 82; dom. 24* : orbis **GN** : bis **V** || 11 negotii **PG** || 12 potuit *ed. R.* : doluit **PGNV** | atributa **P** | discripta **P** : descripta **GV** | genus **PHNV** : onus **G** || 13 aut^1 **P^{2}HV** : at **P^1** : aue **G** : que **N** || 14 reperiebatur (reppe- **H**) **P^{2}HN** : reperiebantur **P^{1}GV** || 14–15 quae regio . . . statueretur *om.* **H** || 15 autem **PG** : aut **H** : enim **V** : hic **N** | anno **P^{2}GHV** : *om.* **P^1** || 18 consolatus **P^1** | petitio **P^{2}GHV** : petio **P^1** | ipsi illi **PGV** : illi ipsi **H** || 21 hic aliquando **PH** : h(a)ec aliquanto **GV** | quam **PGV** : qua **H** | invitissimis **PH** : invictissimis **GV** || 22 ac fortissimi **PGV** : *om.* **H** | suis **PGHV** : saevis *Reid ap. Holden 166* : stultis *Holden* : insanis *A. C. Clark ap. Pet.* | a **PH** : ac **GV** || 23 meae **P^{2}GHV** : eae **P^1** | averterant **PGV** : averteant **H** | sopitam *Lb.*^{1} : sospitam **S** : solitam **P^{1}H** : insolitam **P^{2}GV** || 24 retardatam **PHG^{2}V** : retardatum **G^1** || 25 sceleratissimos **P^{2}GHN** : -mus **V** : celeratissimos **P** || 26 hostes **HN** : civis **PGV** | gentes **H** : gentis (-tes **GN**) qui **P^{2}GN** : re|-gentis qui **P^1** : *corruptiora in* **V** | atque inauditas **PHG^{2}V** : inauditis **G^1**

qui praedonum infinitam manum, qui etiam servitia virtute victoriaque domuisset, qui omnibus bellis terra marique compressis imperium populi Romani orbis terrarum terminis definisset, rem publicam everti scelere paucorum, quam ipse non solum consiliis set etiam sanguine suo saepe servasset; accessit ad causam publicam, restitit auctoritate sua reliquis 5 rebus, questus est de praeteritis. fieri quaedam ad meliorem spem incli-
68 natio visa est. decrevit senatus frequens de meo reditu Kalendis Iuniis dissentiente nullo referente L. Ninnio, cuius in mea causa numquam fides virtusque contremuit. intercessit Ligus iste nescio qui, additamentum inimicorum meorum. res erat et causa nostra eo iam loci ut erigere oculos 10 et vivere videretur. quisquis erat qui aliquam partem in meo luctu sceleris Clodiani attigisset, quocumque venerat, ***, quod iudicium cumque subierat, damnabatur; inveniebatur nemo qui se suffragium de me tulisse confiteretur. decesserat ex Asia frater meus magno squalore, sed multo etiam maiore maerore. huic ad urbem venienti tota obviam civi- 15 tas cum lacrumis gemituque processerat. loquebatur liberius senatus; concurrebant equites Romani; Piso ille, gener meus, cui fructum pietatis suae neque ex me neque a populo Romano ferre licuit, a propinquo suo socerum suum flagitabat; omnia senatus reiciebat, nisi de me primum consules rettulissent. 20

32 69 Quae cum res iam manibus teneretur, et cum consules provinciarum pactione libertatem omnem perdidissent, qui, cum in senatu privati ut de me sententias dicerent flagitabant, legem illi se Clodiam timere dicebant, cum hoc non possent iam diutius sustinere, initur consilium de

14–15 magno ... maerore *Schol.*

1 etiam **PGV** : ñ **H** | victoriaquae **P**[1] || 2 domuissed **P**[1] || 3 definisset **PGV** : defuisset **H** | evertis celerem **P**[1] || 4 consiliis **P**[2]**GHV** : consilias **P**[1] | set **P** : sed **GH** || 5 servasset **PGV** : defendisset **H** | auctoritate **GHV** : auctorite **P** || 5–6 reliquis ... praeteritis *om.* **H** || 5 reliquis **P**[2]**GV** : reliquit **P**[1] || 7 visa est **P**[2]**GHV** : visast **P**[1] | meo **P**[2]**GHV** : *om.* **P**[1] | iuniis **PG** : iunii **H** || 9–20 intercessit ... rettulissent *om.* **H** || 11 videretur **PGV** : videremur *O. Mueller*[2] *300* || 12 venerat * * * *lac. statuit Paul 319 cl. dom. 49* amici illi tui ..., qui se populo commiserant, ita repellebantur ut ...; qui in iudicium venerant ... damnabantur*; cf. etiam dom. 50 et 108* : *unde* repellebatur *supplere proposuit A. Kl.* | quod iudicium cumque **PG**[1]**V** : quodcumque iudicium **G**[2] || 13 tulisse **P**[2]**GV** : tulisset **P**[1] || 14 confiteretur **GN** : conteretur **P**[1] : conqueretur **P**[2]**B** : videretur confiteri **V** | squalore *Schol.* **GV** : sqalore **P** || 16 liberius **PN** : liberum **GV** || 20 rettulissent **P** : retu- **GV** || 21 teneretur **PHV** : tenetur **G** || 21–24 et cum ... sustinere *om.* **H** || 21 et **P** : *om.* **GV** | et cum consules ... 22 qui cum ... 23 illi ... 24 cum hoc] et consules cum ... qui cum ... [illi] ... [cum] hoc *Ortm. 422* : et cum [consules] ... quicum⟨que⟩ ... illi ... cum hoc *Steuding 481* : [et] consules cum ... qui⟨escebant⟩. cum ... illi ... cum hoc *Syd.*[2] *78*, *qui ita plenis punctis post* quiescebant *et* dicebant *positis tres enuntiationes distingui vult* || 23 sententias dicerent **PGV** : sententiae dicerentur *Passow* | ili **P**[1] || 24 hoc **PGV** : hanc *Passow*

interitu Cn. Pompei. quo patefacto ferroque deprenso ille inclusus domi
tam diu fuit quam diu inimicus meus in tribunatu. de meo reditu octo
tribuni promulgaverunt. ex quo intellectum est non mihi absenti cre-
visse amicos, in ea praesertim fortuna in qua non nulli etiam quos esse
5 putaveram non erant, sed eos voluntatem semper eandem, libertatem
non eandem semper habuisse. nam ex novem tribunis quos tunc habueram
unus me absente defluxit, qui cognomen sibi ex Aeliorum imaginibus
arripuit, quo magis nationis eius esse quam generis videretur. hoc igitur 70
anno magistratibus novis designatis cum omnes boni omnem spem me-
10 lioris status in eorum fidem convertissent, princeps P. Lentulus auctori-
tate ac sententia sua Pisone et Gabinio repugnantibus causam suscepit
tribunisque plebis octo referentibus praestantissimam de me sententiam
dixit. qui cum ad gloriam suam atque ad amplissimi benefici gratiam ma-
gis pertinere videret causam illam integram ad suum consulatum reser-
15 vari, tamen rem talem per alios citius quam per se tardius confici malebat.

Hoc interim tempore P. Sestius, iudices, [designatus] iter ad C. Caesa- 33 71
rem pro mea salute suscepit. quid egerit, quantum profecerit, nihil ad
causam. equidem existimo, si ille, ut arbitror, aequos nobis fuerit, nihil
ab hoc profectum; sin iratior, non multum. sed tamen sedulitatem atque
20 integritatem hominis videtis. ingredior iam in Sesti tribunatum; nam hoc
primum iter designatus rei publicae causa suscepit; pertinere et ad con-
cordiam civium putavit et ad perficiundi facultatem animum Caesaris
a causa non abhorrere. abiit ille annus; respirasse homines videbantur

1 deprenso **PH** : deprehenso **GV** || 2 ·VIII· **PG** : et VIII **H** || 3 tribunii **H** | promulgaverunt **GV** : promulgerunt **P**^{1} : promulgarunt **P**^{2}**H** || 3–10 ex quo ... convertissent *om.* **H** || 3 intellectum est **P**^{2}**GV** : intellectumst **P**^{1} | non (*ex* nona **P**^{1}) mihi **P**^{1} *Man.* : mihi **P**^{2}**GV** : non modo mihi *Weid.*^{3} | crevisse **PGV** : decrevisse *Kays.* : defuisse *Mo.* : ⟨non⟩ crevisse *Weid.*^{3} || 5 putaveram **GV** : putaverunt **P** || 6 tunc (*in ras.* **P**) **PGV** : antea *Ern.* : tamen *Kays.* || 8 quo **P**^{2}**B** : quos **P**^{1}**GV** || 9 no*vis **P** || 10 princeps **PGV** : princeps etiam **H** || 11 et **PGV** : ac **H** || 13–15 qui cum ... malebat *om.* **H** || 13 beneficii **PG** || 14 suum **GV** : suum consuum **PB** || 16 iudices **P** : iudex **GHV** | designatus *del. Ba. 89, Jac. 706* : ⟨tribunus⟩ designatus *cod. C. Stephani, Gar.* | ·c· **GHV** : ·G· **P** || 18–21 equidem ... suscepit *om.* **H** || 19 ab hoc **PG**^{2}**V** : ad hoc **G**^{1} : [ab] hoc (*sc.* itinere) *Sh. B. 270* | iratior **P** : ratio **GV** || 20 ingredior ... tribunatum *del. Schue.; cf. etiam Mdv.*^{2} *363, We. 38; quos secutus recte Maehly 46 etiam* 20–21 nam ... suscepit *delenda putavit. at cf. Spengel 298* : '*verba* ingredior ... tribunatum *necessaria esse facile intelliges, si quae §§ 16–70 leguntur excursum esse, et oratorem ad tribunatum Sestii, iam §§ 13–15 indicatum, nunc demum latius exponendum redire memineris; deleas illa verba et transitus deest quo tribunatus Sestii indicetur.' cf. etiam Jac. 706* | sesti **G**^{1} : sestii **PG**^{2} || 21–23 pertinere ... abhorrere *post* 17 suscepit *transp. Pet., post* 20 videtis *Ortm. 423* || 21 et **PGV** : *om.* **H** || 22 facultatem **PGV** : facilitatem **H** || 23 aborrere **P** || 23–p. 40, 4 abiit ... perdidissemus *post § 72 p. 40, 11* sustulit *transp. Spengel 298, propterea quod neque tribuni pl. Kalendis Ianuariis munus inierunt neque consules ante illum diem magistratum deposuerunt. veri tamen simillimum id videtur quod J. P. V. D. Balsdon, JRS 29, 1939, 67 statuit, consulibus, si per totum annum Romae remansissent, post Idus Novembres in provincias abire licuisse* || 23 *abiit* **G** : abit **PHV** | respirasse **PGV** : respirare **H**

nondum re, sed spe rei publicae recuperandae. exierunt malis ominibus atque execrationibus duo vulturii paludati. quibus utinam ipsis evenissent ea quae tum homines precabantur! neque nos provinciam Macedoniam cum exercitu neque equitatum in Syria et cohortis optimas perdi-
72 dissemus. ineunt magistratum tribuni plebis, qui omnes se de me pro- 5
mulgaturos confirmarant. ex iis princeps emitur ab inimicis meis is quem homines in luctu inridentes Gracchum vocabant, quoniam id etiam fatum civitatis fuit ut illa ex vepreculis extracta nitedula rem publicam conaretur adrodere. alter vero, non ille Serranus ab aratro, sed ex deserto Gavi Oleli horto a calatis Gaviis in Calatinos Atilios insitus, subito no- 10
minibus in tabulas relatis nomen suum de tabula sustulit. veniunt Kalendae Ianuariae. vos haec melius scire potestis, equidem audita dico: quae tum frequentia senatus, quae expectatio populi, qui concursus legatorum ex Italia cuncta, quae virtus, actio, gravitas P. Lentuli consulis fuerit, quae etiam collegae eius moderatio de me. qui cum inimicitias 15
sibi mecum ex rei publicae dissensione susceptas esse dixisset, eas se patribus conscriptis dixit et temporibus rei publicae permissurum.

34 73 Tum princeps rogatus sententiam L. Cotta dixit id quod dignissimum re publica fuit, nihil de me actum esse iure, nihil more maiorum, nihil

1–2 exierunt duo vulturii paludati *Schol.* || 8–9 ut illa ... adrodere *Schol.* || 8 vepreculis ... nitedula *Priscianus, GL II 107, 9* (*cf. Servius Georg. 1, 181* saepe exiguus mus: nitela ... cuius Cicero meminit in Sestiana) || 9 altero vero ... aratro *Schol.*

1 nondum **P**[2]**GHV** : nondum dum **P**[1] | rei p. recuperandae **PGHV** : re p. recuperata *Lb.*[1] || 1–2 malis ... execrationibus (excrat- **P**[1]) **PGHV** : *om. Schol.* || 1 ominibus **HV** : hominibus **PGN** || 2 plaudati **H**[1] | utinam **PGV** : ut̄ **H** || 3–4 neque nos ... perdidissemus *om.* **H** || 4 syria **GV** : suria **P** | perdedissemus **P**[1] || 5 tr. pl. **PGV** : alii **H** | qui **H** : quod **PGV** | se de **PH** : s(a)epe **GV** || 6 confirmarant **PGV** : confirmarunt **H** | iis **PG** : is **V** : his **H** | is **PGV** : *om.* **H** || 7 gracchum (*ex* gruccum **G**[1]) **G** *Skutsch*[2] : graccum **PHV** : Brocchum *Skutsch*[1] : graiulum *Weid.*[1] *10* : Gracchulum *A. C. Clark ap. Pet.* : Dentatum *Tucker* || 8 fatum **PH** : factum **GV** | vepretulis **H** | nitedula *Schol. Prisc.* **PGH** : nitela *Serv.* | rem p. *Schol.* **H** : ·R·P· **PV** : ·p·r· **G** || 9–11 alter ... sustulit *om.* **H** || 9 alter **PGV** : altero *Schol.* || 10 Gavi Oleli horto a *ego post alios* : gavio laeliore a **P** : gavio lel*iore a (*i *ex* a *videtur in* **G** : *sine rasura* **V**) **GV** : Gavi Oleli horreo *ed. R.* : Gavii Ofilii (*vel* Oleli *vel* Ofelli *vel* Laeti *Herm.* : Ofellae *R. Kl.*) horto *Ba. 90, Herm.*[3] *9, R. Kl.* : Gavi horto olitorio a *Koch*[3] *385* : Gavii Oleli rure a *Mdv.*[2] *364* : Gavio laetiora in rura *Maehly 44* : (deserta *pro* -to) Gaviorum oliveti area a *Koch* : Gavii (*vel* Gaviorum *vel* Gavioli) oleario *Wagner* : Gavio olenti ore a (*ut* allium olere *dicitur*) *Jeep*[1] *5* | Olilli *Sh. B., Two St. 41* | calatis **PGV** : Galatis *Mo.* | gaviis **P** : gravis **GV** | calatinos **P**[2]**GV** : galatinos **P**[1] | Atilios *edd.* : at illos **PGV** || 11 tabulas **GN** : tabula* (-s *eras.* **P**[2] : *sine ras.* **B**) **P**[2]**B** : tabulis **V** || 12 vos ... dico *om.* **H** || 13 expectatio **GHV** : expetatio **P** || 13–17 qui ... permissurum *om.* **H** || 15 quae etiam **P**[2]**GV** : etiam quae **P**[1] *We. 64, ut fere sit i. q.* denique | qui **P**[2]**GV** : que **P**[1] | inimicitias **G** : inimicias **P** || 16 dissensione **PV** : dissessione **G**[1] : discessione **G**[2] || 17 permissurum **P**[2]**GV** : permissu **P**[1] || 18 Cotta dixit *ed. R.* : cocta dixit **V** : cottae dixit **P** : cotta edixit **GH** || 19 actum **P**[2]**GHV** : actus **P**[1] | more **P**[2]**GHV** : mori **P**[1] | nihil[3] **P**[2]**GHV** : hil **P**[1]

legibus; non posse quemquam de civitate tolli sine iudicio; de capite non
modo ferri, sed ne iudicari quidem posse nisi comitiis centuriatis; vim
fuisse illam, flammam quassatae rei publicae perturbatorumque tempo-
rum; iure iudiciisque sublatis, magna rerum permutatione inpendente
5 declinasse me paulum et spe reliquae tranquillitatis praesentis fluctus
tempestatemque fugisse. qua re, cum absens rem publicam non minus
magnis periculis quam quodam tempore praesens liberassem, non resti-
tui me solum sed etiam ornari a senatu decere. disputavit etiam multa
prudenter, ita de me illum amentissimum et profligatissimum hostem
10 pudoris et pudicitiae scripsisse quae scripsisset, iis verbis, rebus, senten-
tiis ut, etiam si iure esset rogatum, tamen vim habere non posset. qua re
me, qui nulla lege abessem, non restitui lege, sed revocari senatus auctori-
tate oportere. hunc nemo erat quin verissime sentire diceret. set post **74**
eum rogatus Cn. Pompeius adprobata laudataque Cottae sententia dixit
15 sese oti mei causa, ut omni populari concitatione defungerer, censere ut
ad senatus auctoritatem populi quoque Romani beneficium erga me
adiungeretur. cum omnes certatim aliusque alio gravius atque ornatius
de mea salute dixisset fieretque sine ulla varietate discessio, surrexit, ut
scitis, Atilius hic Gavianus; nec ausus est, cum esset emptus, intercedere;
20 noctem sibi ad deliberandum postulavit. clamor senatus, querellae, pre-
ces, socer ad pedes abiectus. ille se adfirmare postero die moram nullam
esse facturum. creditum est; discessum est. illi interea deliberatori mer-
ces longa interposita nocte duplicata est. consecuti dies pauci omnino
Ianuario mense per quos senatum haberi liceret; sed tamen actum nihil
25 nisi de me.

Cum omni mora, ludificatione, calumnia senatus auctoritas impedire- **35** **75**

2 ferri sed ne iudicari **PGHV** : iudicari sed ne ferri *Schue.*, *Maehly 46* || 3 fuisse **PHG**^{2}**N** : fuisset **G**^{1}**V** | perturbatorumque temporum (temporis **G**^{1} : tempore **V**) **PGV** : perturbato undique tempore **H** || 3–4 *ut supra distinxit Ri. 275* : temporum iure . . . sublatis; magna *vulgo* || 4 iudiciisquae **P**^{1} | permutatione **PH** : perturbatione **GV** *Mdv.*^{2} *365*, *We. 64* : commutatione *Lb.*^{1}*; cf. § 42 p. 25, 24* : mutatione *Herm.*^{5} *7* || 5 paulum **PGV** : paululum **HN** || 6 tempestatemque **P**^{2}**HG**^{2}**V** : -quae **P**^{1} : tempestamque **G**^{1} | rem p. non minus **PGV** : non minus rem p. **H** || 9 profligantissimum **P**^{1} || 10 scripsiset **P**^{1} | iis **PGV** : is **H** | rebus sententiis *bis* **P**^{1} || 11 posset **PGV** : posse **H** || 12 lege^{1} **PG** : *om.* **H** || 13 quin **PG**^{1}**HV** : qui non **G**^{2} | set **P** : sed **GV** : *om.* **H** || 14 adprobata . . . sententia] sententiam cottae laudavit et approbavit **H** | laudataquae **P**^{1} || 14–17 dixit . . . adiungeretur *om.* **H** || 15 otii **PG** | ut^{1} **PV** : aut **GN** || 16–p. 45, 2 auctoritatem . . . resipisset *om.* **N** || 18 dixisset . . . discessio] sine ulla varietate dixissent **H** || 18–26 surrexit . . . impediretur *om.* **H** || 19 atilius **P**^{2}**G**^{2} : at illius **P**^{1}**G**^{1}**V** | hic **P** : *om.* **GV** || 20 querellae **P** : quaerelae **G** || 21 abiectus **GV** : aplectus **P** | postero **P**^{2}**GV** : poteri **P**^{1} | nullam **PG**^{2}**V** : nullum **G**^{1} || 22 creditum est **GV** : creditumst **P** | discessum est **GV** : discessumst **P** || 23 duplicata est **P**^{1} : duplicatast|*** (-st *extra lin. additum*) **P**^{2} : publicata est **GV** || 24 haberi **P** : habere **GV**

tur, venit tandem concilio de me agendi dies, VIII Kal. Febr. princeps rogationis, vir mihi amicissimus, Q. Fabricius, templum aliquanto ante lucem occupavit. quietus eo die Sestius, is qui est de vi reus; actor hic defensorque causae meae nihil progreditur, consilia expectat inimicorum meorum. quid? illi quorum consilio P. Sestius in iudicium vocatur 5 quo se pacto gerunt? cum forum, comitium, curiam multa de nocte armatis hominibus ac servis plerisque occupavissent, inpetum faciunt in **76** Fabricium, manus adferunt, occidunt non nullos, vulnerant multos. venientem in forum virum optimum et constantissimum, M. Cispium, tribunum plebis, vi depellunt, caedem in foro maximam faciunt, universi- 10 que destrictis gladiis et cruentis in omnibus fori partibus fratrem meum, virum optimum, fortissimum meique amantissimum, oculis quaerebant, voce poscebant. quorum ille telis libenter in tanto luctu ac desiderio mei non repugnandi, sed moriendi causa corpus optulisset suum, nisi suam vitam ad spem mei reditus reservasset. subit tamen vim illam nefariam 15 consceleratorum latronum et, cum ad fratris salutem a populo Romano deprecandam venisset, pulsus e rostris in comitio iacuit seque servorum et libertorum corporibus obtexit vitamque tum suam noctis et fugae **77** praesidio non iuris iudiciorumque defendit. meministis tum, iudices, corporibus civium Tiberim compleri, cloacas refarciri, e foro spongiis 20 effingi sanguinem, ut omnes tantam illam copiam et tam magnificum apparatum non privatum aut plebeium, sed patricium et praetorium esse arbitrarentur.

21 (effingi) *cf. Servius Aen. 8, 634* Cicero in Sestiana: spongiis sanguis effingebatur*; Isid. orig. 12, 6, 60* Cicero: effingebatur sfungiis sanguis*; Corpus Gloss. Lat. V 200, 27* Cicero 'pavi [corripitur] mentum sfungia fingebant'

1 tandem **PG** : tamen **V** : *om.* **H** | concilio **P**^{1} *cf. Liv. 3, 54, 15* ea omnia ... concilio plebis acta : concilii **P**^{2}**GHV** *Herm.*^{5} *8 cl. Liv. 10, 39, 2* concilia secreta agunt : ⟨in⟩ concilio *Mdv.*^{2} *366, We. 40* : consilio *Ba. 91 cl. § 87 p. 48, 9* agebat auctoritate, agebat consilio || 2 q. fabricius *ante* vir *transp.* **H** | aliquanto **P**^{2}**GHV** : aliquando **P**^{1} || 3 de vi **GHV** : de ** (vi *sscr.* **P**^{2}) **P** | actor **PH** : auctor **GV** *sed cf. Ba. 51* || 4 defensorque **P**^{2}**GHV** : defensorqui **P**^{1} || 5 quorum **P**^{2}**GHV** : corum **P**^{1} | iudicium **P**^{2}**GHV** : iudium **P**^{1} || 6 se pacto **PGV** : se spectato **H** || 8–10 venientem ... faciunt *om.* **H** || 8 venientem **GV** : venientem** **P** : venientem ⟨item⟩ *Paul 318* || 12 fortissimum ... amantissimum *om.* **HV** *Ba. 92* | fortissimum meique **P** : fortissimumque mei **G** || 13 libenter **PH** : frequenter **GV** || 13–14 in tanto ... causa *om.* **H** *Ern., Ba. 92* || 14 corpus optulisset (obt- **PV**) suum **PGV** : suum corpus optulisset **H** | nisi **PHV** : ni **G** | suam **P**^{2}**GHV** : sum **P**^{1} || 15 reditus **P**^{2}**GHV** : redditus **P**^{1} || 15–17 subit ... venisset *om.* **H** || 16 ad **PG**^{2}**V** : a **G**^{1} || 17 deprecandam **G**^{2} : deprecandumque **PG**^{1}**V** : ⟨implorandam⟩ deprecandamque *Lb.*^{1} | pulsus **PV** : pulsus tamen **H** : *om.* **G** | iacuit **PGHV** : latuit *Reid ap. Holden 272* || 20 compleri **G**^{2} : complere **PG**^{1}**V** : repleri **H** | refarciri e foro **P**^{2}**G** : refarciriae foros **P**^{1} : refarciri **H** *sed vide quod sequitur* : *corruptiora in* **V** || 20–23 e foro ... arbitrarentur *om.* **H** || 20 spongiis **P**^{2}**GV** : spongis **P**^{1} || 21 effingi *cod. C. Stephani; cf. Serv., Isid., CGL* : effundi **PG** : effuncti **V**

Nihil neque ante hoc tempus neque hoc ipso turbulentissimo die cri- 36
minamini Sestium. atqui vis in foro versata est. certe; quando enim
maior? lapidationes persaepe vidimus, non ita saepe, sed nimium tamen
saepe gladios, caedem vero tantam, tantos acervos corporum exstructos,
5 nisi forte illo Cinnano atque Octaviano die, quis umquam in foro vidit?
qua ex concitatione animorum? nam ex pertinacia aut constantia in-
tercessoris oritur saepe seditio, culpa atque improbitate latoris com-
modo aliquo ⟨proposito⟩ imperitis aut largitione, oritur ex concertatione
magistratuum, oritur sensim ex clamore primum, deinde aliqua disces-
10 sione contionis, vix sero et raro ad manus pervenitur; nullo vero verbo
facto, nulla contione advocata, nulla ⟨lata⟩ lege concitatam nocturnam
seditionem quis audivit? an veri simile est ut civis Romanus aut homo 78
liber quisquam cum gladio in forum descenderit ante lucem, ne de me ferri
pateretur, praeter eos qui ab illo pestifero ac perdito civi iam pridem rei
15 publicae sanguine saginantur? hic iam de ipso accusatore quaero, qui
P. Sestium queritur cum multitudine in tribunatu et cum praesidio ma-
gno fuisse, num illo die fuerit? certe non fuit. victa igitur est causa rei
publicae, et victa non auspiciis, non intercessione, non suffragiis, sed vi,
manu, ferro. nam si obnuntiasset Fabricio is praetor qui se servasse de
20 caelo dixerat, accepisset res publica plagam, sed eam quam acceptam
gerere posset; si intercessisset conlega Fabricio, laesisset rem publicam,

1 nihil **PGV** : nihilque **H** | criminamini **PG** : crimina mani **V** : criminationis esse in **H** || 2—15 atqui . . . saginantur *om.* **H** || 2 atqui **P** : atque **GV** || 3 maior *edd.* : maiores **PGV** || 5 cinnano **P**[2]**GV** : cinano **P**[1] | atque **PV** : at **G**[1] : aut **G**[2] || 6 qua **P**[2] : *qua **P**[1] : aqua **GV** | concitatione *Or.*[1] : concertatione **PGV** *cf. infra lin. 8* || 8 proposito *hic add. Mue.; cf. § 105 p. 56, 16* spes commodi propositi : oblato *Ha.*[1] : proposita *post* largitione *add. Naug.*[2], ostentata *Reid ap. Holden 181* || 9 sensim **P** : sensi **V** : sensum **G** | primum **PGV** : primo *Mue. Praef. XVIII* || 10 vix sero **P**[2]**G** : vexero **P**[1] : vix ero **V** | pervenitur **P**[2]**GV** : perventur **P**[1] || 11 ⟨lata⟩ lege concitatam *Ha.*[1] *1451* : lege concitata **P** : lege recitata **GEV** : lege ⟨promulgata⟩ concitatam *Lb*[1]. : lege recitata concitatam *Gruter* || 12 simile est **GV** : similest **P** | civis **P**[2]**G**[2] : cis **P**[1]**G**[1] : vicis **V** || 13 de me ferri **P** : ferri de me **GV** || 15 saginantur **GV** : saguinantur **P** | iam **PGV** : etiam **H** || 16 magno **H** : magni **PGV** || 17 certe **PH** : certe certe **GEV** || 17—p. 44, 1 victa . . . laesisset *om.* **H** || 17, 18 causa ·R·P· **P** : causa P·R· **GV** || 19 obnuntiassed **P**[1] | Fabricio *probata Madvigi (v. infra) interpretatione huius loci del. Ba. 94* | is **PG** : si **V** : *del. Kimm. 55* | praetor] ·PR· **G** : pr **V** : ·P·R· **P** : *del. Mdv.*[2] *367* || 19—20 qui . . . dixerat **PGV** : *del. Kimm. ib.* : *aut* qui servasset de caelo [dixerat] *aut, quod iam Man. proposuerat,* qui se servasse de caelo diceret *Mdv.*[2] *368* : qui servasset de caelo ⟨sicut saepe irridens⟩ dixerat *H. Keil 22* || 19 se **GV** : *om.* **P** || 21 gerere *Sh. B. 270 cl. Phil. 6, 17* gessi labores*; Liv. 8, 11, 6, al.* : gemere **PGV** : gemere ⟨non⟩ *Ba. 94* : ⟨minus⟩ gemere *Koechly*[1] : ⟨tamen⟩ gemere *Baiter ap. Ha.*[1] *1451* : (qua accepta) emergere *Dryander 3* : reddere *Koch*[3] *385* : sanare *Reid ap. Holden 183* : contemnere *Paul 313 cl. prov. cons. 39* : gaudere *vel* regerere (*an* regere *cogitarit?*) *Herm.*[5] *8, alii alia*

sed rei publicae iure laesisset. gladiatores tu novicios pro exspectata aedilitate suppositos cum sicariis e carcere emissis ante lucem inmittas, magistratus templo deicias, caedem maximam facias, forum purges et, cum omnia vi et armis egeris, accuses eum qui se praesidio munierit, non ut te oppugnaret, sed ut vitam suam posset defendere? 5

37 79 Atqui ne ex eo quidem tempore id egit Sestius ut a suis munitus tuto in foro magistratum gereret, rem publicam administraret. itaque fretus sanctitate tribunatus, cum se non modo contra vim et ferrum sed etiam contra verba atque interfationem legibus sacratis esse armatum putaret, venit in templum Castoris, obnuntiavit consuli: cum subito manus illa 10 Clodiana in caede civium saepe iam victrix exclamat, incitatur, invadit; inermem atque inparatum tribunum alii gladiis adoriuntur, alii fragmentis saeptorum et fustibus. a quibus hic multis vulneribus acceptis ac debilitato corpore et contrucidato se abiecit exanimatus neque ulla alia re ab se mortem nisi opinione mortis depulit. quem cum iacentem et 15 concisum plurimis vulneribus extremo spiritu exsanguem et confectum viderent, defetigatione magis et errore quam misericordia et modo aliquando caedere destiterunt. et causam dicit Sestius de vi? quid ita? 80 quia vivit. at id non sua culpa; plaga una illa extrema defuit, quae si accessisset relicuum spiritum exhausisset. accusa Lentidium; non per- 20 cussit locum; male dic Titio, Sabino homini Reatino, cur tam temere exclamarit occisum. ipsum vero quid accusas? num defuit gladiis, num repugnavit, num, ut gladiatoribus imperari solet, ferrum non recepit?

1 rei p. iure *Sey.*[1] *62* : ·R·P· iure (iurae **P**) **PG** : rem p. iure *vulgo* : [·R·P·] iure *Wunder; at cf. Mdv.*[2] *368* : tribunicio iure *Pet.*[1] *270* | tu novicios **P** : uno victos **GV** : tu **H** *sed vide quod sequitur* || 1–2 novicios . . . aedilitate *om.* **H** || 2 suppositos **PGV** : supponas **H** | emissis **PH** : emissi **GV** | inmittas **PGV** : in forum immittas **H** || 3 deicias **V** : dei*cias **P** : descias **G** : eicias **H** | purges **PGHV** : spurces *Man.* : ⟨ferro⟩ purges *Probst 354* : perturbes *Paul 314* : impugnes *Dryander 4* || 4 et **PGV** : *om.* **H** | munierit **P**[2]**GHV** : munierat **P**[1] || 5 defendere **P**[2]**GHV** : defendefendere **P**[1] || 6 atqui ne ex *Naug.*[2] : atquin ex **P** : atque ex **GV** : ex **H** | quidem **PGV** : autem **H** || 7 foro **S** : foro tuo **PGHV** : foro tum *Naug.*[2] : foro dum *Mdv.*[2] *368* : foro cum *Gar.* : foro tu⟨t⟩o (*del. prius* tuto) *Mue. Praef. XIX* | rem p. **PGV** : ut a suis munitus rem p. **H** : ⟨et⟩ rem p. *Koch; cf. Ba. 96* || 9 interfationem **P** : interfectionem **GH** : interfectione **V** | sacratis ⟨satis⟩ *Pluyg.*[2] *140* || 11 exclamat **PGV** : exclamabat **H** || 12 inparatum (imp- **HG**[2]) **PHG**[2]**V** : imperatum **G**[1] || 13 et **PGV** : etiam **H** | a quibus (a q- *in ras.*) **P** | ac **PGHV** : *del. Gar.* || 16 extremo **PGHV** : ⟨in⟩ extremo *Sh. B. 271 cl. fin. 2, 99. tamen cf. Phil. 9, 2* non recusavit quo minus vel extremo (extremo **V** : in extremo **D**) spiritu, si quam opem rei p. ferre posset, experiretur || 17 defetigatione **PH** : defatigatione (-cione **V**) **GV** | magis **PHV** : *om.* **G** || 18 dicit **PHV** : adt̄ (*i. e.* adicit) **G** || 19 at **P**[2]**G** : ad **P**[1]**V** : et **H** || 20 relicuum **P** : reliquum **GHV** || 21 locum **PGHV** : totum *Eb.* | maledic titio **P** : maledic tito **G**[2] : male*dictio (*sine ras.* **V**) **G**[1]**V** : maledicito **H** | sabino **PG** : salimo **V** : *om.* **H** *Url.*[2] *153* | temere **P** *cf. Cael. 64 ubi* temere *et* ante tempus *synonyma sunt* : tempore **GEHV** | exclamarit **P** : exclamaret **GHV** || 22 ipsum **P**[2]**GHV** : ipsum ipsum **P**[1] || 23 repugnavit **PGEHV** : repudiavit *Naug.*[2] | ut . . . solet **PGHV** : *del. E. F. Eberhard ap. Eb., Kimm. 45*

An haec ipsa vis est, non posse emori? an illa, quod tribunus plebis 38
templum cruentavit? an quod, cum esset ablatus primumque resipisset,
non se referri iussit? ubi est crimen? quid reprehenditis? hic quaero, iudi- 81
ces: si illo die gens ista Clodia quod facere voluit effecisset, si P. Sestius,
5 qui pro occiso relictus est, occisus esset, fuistisne ad arma ituri? fuistisne
vos ad patrium illum animum maiorumque virtutem excitaturi? fuistisne
aliquando rem publicam a funesto latrone repetituri? an etiam tum quie-
sceretis, cunctaremini, timeretis, cum rem publicam a facinerosissimis
sicariis et a servis esse oppressam atque conculcatam videretis? cuius
10 igitur mortem ulcisceremini, si quidem liberi esse et habere rem publicam
cogitaretis, de eius virtute vivi quid vos loqui, quid sentire, quid cogitare,
quid iudicare oporteat, dubitandum putatis? at vero ipsi illi parricidae, 82
quorum ecfrenatus furor alitur inpunitate diuturna, adeo vim facinoris
sui perhorruerunt ut, si paulo longior opinio mortis Sesti fuisset, Grac-
15 chum illum suum transferendi in nos criminis causa occidere cogitarint.
sensit rusticulus non incautus – neque enim homines nequam tacere
potuerunt – suum sanguinem quaeri ad restinguendam invidiam faci-
noris Clodiani; mulionicam paenulam arripuit, cum qua primum Romam
ad comitia venerat; messoria se corbe contexit. cum quaererent alii Nu-
20 merium, alii Quintium, gemini nominis errore servatus est. atque hoc
scitis omnes, usque adeo hominem in periculo fuisse quoad scitum est
Sestium vivere. quod ni esset patefactum paulo citius quam vellem, non
illi quidem morte mercennarii sui transferre potuissent invidiam in quos

18 mulionicam paenulam *Priscianus, GL II 70, 7* || 19 messoria ... contexit *Servius Georg. 1, 165; cf. de dubiis nominibus, GL V 574, 11* corbes messorias

1 h(a)ec **P²GHV** : hae **P¹** | vis **HG²** : visa **PV** : vis* **G¹** | emori **PH** : ea mori **GV** || 2 quod **PHV** : *om.* **G** | resipisset **P²GEHV** : resepisset **P¹** || 3 crimen? quid *Ba. 98. We. 10* : crimen quod **PGHV** || 4 clodia **PGV** *cf. Mdv.² 369* : clodiana **H** || 5 pro **GHV** : p*ro (a *eras. videtur*) **P** | arma ituri **P²GHV** : armaturi **P¹** || 7 tum **PGV** : tunc **H** || 8 facinerosissimis **PG¹** : -noro- **HG²V** || 9 sicariis **PHV** : *om.* **G** | conculcatam (*vel* occulcatam) *Gul.* : occultam **PGV** : occupatam **HN** : iugulatam *Weid.² 10* || 11 vivi **PGV** : viri **H** || 12 at **S** : an **PGHV** | ipsi illi **PH** : illi ipsi **GV** || 13 ecfrenatus **P** : effrenatus **GH** : et frenatus **V** | furor **P²GHV** : foror **P¹** || 14 perorruerunt **P¹** : perhorruerant (-oru- **H**) **P²GHV** | sestii **PGH** | gracchum **P** *cf. § 72 p. 40, 7* : graccum **GHV** || 16 *post* rusticulus *deficit* **N** | enim **P²GH** : nim **P¹** | homines nequam **PGV** : neque homines **H** || 17 quaeri **PGV** : quaerunt **H** | invidiam **P²GHV** : invidiam invidiam **P¹** || 18 mulionicam *Prisc.* : multoniam **PGHV** : mulioniam **S** || 19 se corbe **PHV** : set orbe **G** | numerium **P** : numerum **H** : numenium **GEV** : Numerium ⟨Quintium⟩ *Sh. B. 271* || 20 quintium **PGH** : quantum **V** : Quintum *Or.¹; cf. Asc. ad Pis. 35 p. 17, 27 Stangl = § 10 Clark; Schol. ad Mil. 39 p. 122, 30, ad Sest. 72 p. 134, 27, quibus locis nomen Quintus Numerius Rufus firmatur. contra Numerium Quintium Rufum defendit Herm.³ 7* | servatus est **PHV** : salvatus est **G** || 21 scitum est **H** *We. 68* : scitum sit **PGV** || 22 vellem **PGHV** *cf. Nisbet 336, Primmer 329 adn. 58* : vellent *Ba. 99* || 22.23 non illi **PGV** : nonnulli **H** || 23 morte **P²BH** : mortem **GV** : morte merce **P¹**

putabant, sed acerbissimi sceleris infamiam grato quodam scelere mi-
83 nuissent. ac si tum P. Sestius, iudices, in templo Castoris animam quam
vix retinuit edidisset, non dubito quin, si modo esset in re publica sena-
tus, si maiestas populi Romani revixisset, aliquando statua huic ob rem
publicam interfecto in foro statueretur. nec vero illorum quisquam quos 5
a maioribus nostris morte obita positos in illo loco atque in rostris con-
locatos videtis esset P. Sestio aut acerbitate mortis aut animo in rem
publicam praeponendus; qui cum causam civis calamitosi, causam amici,
causam bene de re publica meriti, causam senatus, causam Italiae, cau-
sam rei publicae suscepisset, cumque auspiciis religionique parens ob- 10
nuntiaret quod senserat, luce palam ⟨a⟩ nefariis pestibus in deorum ho-
minumque conspectu esset occisus sanctissimo in templo, sanctissima in
causa, sanctissimo in magistratu. eius igitur vitam quisquam spoliandam
ornamentis esse dicet, cuius mortem ornandam monumento sempiterno
putaretis? 15

39 84 'Homines' inquit 'emisti, coegisti, parasti.' quid uti faceret? senatum
opsideret, civis indemnatos expelleret, bona diriperet, aedis incenderet,
tecta disturbaret, templa deorum immortalium inflammaret, tribunos
plebis ferro e rostris expelleret, provincias quas vellet, quibus vellet,
venderet, reges appellaret, rerum capitalium condemnatos in liberas ci- 20
vitates per legatos nostros reduceret, principem civitatis ferro opsessum
teneret? haec ut efficere posset, quae fieri nisi armis oppressa re publica
nullo modo poterant, idcirco, credo, manum sibi P. Sestius et copias
comparavit. 'at nondum erat maturum, nondum res ipsa ad eius modi
praesidia viros bonos compellebat.' pulsi nos eramus non omnino ista 25
85 manu sola, sed tamen non sine ista; vos taciti maerebatis. captum erat
forum anno superiore, aede Castoris tamquam arce aliqua ⟨a⟩ fugitivis

1 acerbissimi **GHV** : acervissimi **P** | grato quodam sceleris infamiam *inter* infamiam *et* grato *del.* **P**^{2} | grato **PGV** : gracco **H** | scelere **P**^{2}**GHV** : sceleri **P**^{1} | minuissent **P**^{2}**GHV** : minuisset **P**^{1} || 4 statua **HG**^{2} : statum **PG**^{1}**V** || 6 morte obita **PGHV** : *del. Paul 328* || 7 acerbitate **GV** : acervitate **PH** || 7–8 animo in rem p. **PGV** : in rem p. animo **H** || 9 causam^1 . . . meriti] causam italiae bene causam rei p. meriti suscepisset **H** | causam^1 **PGV** : *del. Eb. propterea quod* meriti *voce* viri *caret nec pro substantivo usurpatur. sed cf. sen. 23; pop. 22; Kimm. 29, Mue. Praef. XIX* | senatus **PGV** : senatoris **H** || 11 a **H** : *om.* **PGV** || 13 quisquam **PGV** : quisnam **H** || 16 uti **PG**^{1}**HV** : utique **G**^{2} || 17 opsideret **P** : ob- **H** : possideret **GV** | indemnatos **GV** : indennatos **H** : indenatos **P**^{2} : indenatus **P**^{1} || 19 e rostris **H** : frostris **P** : rostris **GV** || 20–21 in liberas . . . reduceret *om.* **H** || 21 nostros **GV** : nostros*** **P** : nostros ⟨vi⟩ *Paul 318* | redduceret *Zie. 179* || 24–p. 47, 6 nondum^1 . . . nulla *om.* **H** || 24 ipsa **GV** : ipsa** **P** || 26 m(a)erebatis **GEV** : maereba *in fine versus* **P** : maerebamini **B** *Herm.*^{5} *11, quod exstant ap. Ciceronem verba quae deponentem formam cum activa promiscuam habent* || 27 anno superiore **PGV** : *del. Koch; sed cf. Schroe. 13, Kimm. 29* | aede **G**^{2} : ade **PG**^{1}**V** | a *edd.*

occupata; silebatur. omnia hominum cum egestate tum audacia perdito-
rum clamore, concursu, vi, manu gerebantur; perferebatis. magistratus
templis pellebantur, alii omnino aditu ac foro prohibebantur; nemo re-
sistebat. gladiatores ex praetoris comitatu conprensi, in senatum in-
5 troducti, confessi, in vincla coniecti a Milone, emissi a Serrano; mentio
nulla. forum corporibus civium Romanorum constratum caede nocturna;
non modo nulla nova quaestio, sed etiam vetera iudicia sublata. tribu-
num plebis plus viginti vulneribus acceptis iacentem moribundumque
vidistis; alterius tribuni plebis divini hominis – dicam enim quod sen-
10 tio et quod mecum sentiunt omnes – divini, insigni quadam, inaudita,
nova magnitudine animi, gravitate, fide praediti, domus est oppugnata
ferro, facibus, exercitu Clodiano.

40 86 Et tu hoc loco laudas Milonem et iure laudas. quem enim unquam vi-
rum tam immortali virtute vidimus? qui nullo praemio proposito praeter
15 hoc, quod iam contritum et contemptum putatur, iudicium bonorum,
omnia pericula, summos labores, gravissimas contentiones inimicitiasque
suscepit, qui mihi unus ex omnibus civibus videtur re docuisse, non ver-
bis, et quid oporteret a praestantibus viris in re publica fieri et quid
necesse esset: oportere hominum audacium, evorsorum rei publicae,
20 sceleri legibus et iudiciis resistere; si leges non valerent, iudicia non es-
sent, si res publica vi consensuque audacium armis oppressa teneretur,
praesidio et copiis defendi vitam et libertatem necesse esse. hoc sentire
prudentiae est, facere fortitudinis, et sentire vero et facere perfectae cu-
mulataeque virtutis. 87 adiit ad rem publicam tribunus plebis Milo – de
25 cuius laude plura dicam, non quo aut ipse haec dici quam existimari
malit aut ego hunc laudis fructum praesenti libenter inpertiam, praeser-
tim cum verbis consequi non possim, sed quod existimo, si Milonis cau-
sam accusatoris voce conlaudatam probaro, vos in hoc crimine parem

2 gerebantur **PG**^{2}**V** : gerebatur **G**^{1} | perferebatis **G** : perferrebatis **P** : perfereba-mur **V** || 3 templis **PGV** : templo *Pluyg.*^{2} *140* || 5 a milone emissi **G** : a milonaemis-si **P** : *corruptiora in* **V** || 6 forum **PGV** : cum forum **H** | constratum **PGV** : esset con-stratum **H** || 8 viginti **GHV** : ·XX· **P** | acceptis **H** : accepistis **PGV** | moribundum-quae **P** || 9 vidistis **GHV** : videstis **P** || 10 omnes divini **PGHV** : omnes boni *ς ap. Or.*^{1}, *quod, si quid mutandum sit, prob. A. Kl.* : omnes *cod. Parisinus 7779* : divini *in parenth. inclusit He. 70 ut legatur* divini hominis – dicam enim quod sentio: di-vini –, insigni quadam . . . magnitudine animi . . . praediti : *prius* 9 divini *del. Mo., Koch*^{3} *385. at cf. Pet. qui cf. Vat. 19* cogitaris . . . cogitarisne *parenthesi intercedente* || 15 contemptum **P**^{2}**GHV** : contemtum **P**^{1} | iudicium (-tium **PG**^{2}) **PHG**^{2}**V** : iuditio-rum **G**^{1} || 18 et^{1} *cod. C. Stephani; cf. Mdv.*^{2} *370* : sed **PGV** : *om.* **H** || 19 necesse esset **HBV** : necesset **PG** || 20 sceleri **PGV** : sceleribus **H** | ⟨si⟩ iudicia *Lb.*^{1}*; at cf. A. Kl.* || 21 consensuque **GH** : consensique **P** : consensu **V** | oppressa **GHV** : opressa **P** || 22 ⟨civium⟩ vitam *Busche* | esse **PHV** : esset **G** || 23 et^{1} **PGV** : *om.* **H** || 24 tr. pl. **PGHV** : *del. Ba. 100* || 26 inpertiam (imp- **GV**) **PGH**^{2}**V** : impericiam **H**^{1} || 28 voce **PHG**^{2}**V** : *om.* **G**^{1} | conlaudatam (coll- **HG**^{2}) **PHG**^{2}**V** : collaudatum **G**^{1}

Sesti causam existimaturos — adiit igitur T. Annius ad causam rei publicae sic ut civem patriae recuperare vellet ereptum. simplex causa, constans ratio, plena consensionis omnium, plena concordiae. collegas adiutores habebat; consulis alterius summum studium, alterius animus paene placatus, de praetoribus unus alienus, senatus incredibilis voluntas, equitum Romanorum animi ad causam excitati, erecta Italia. duo soli erant empti ad impediendum; qui si homines despecti et contempti tantam rem sustinere non potuissent, se causam quam susceperat nullo labore peracturum videbat. agebat auctoritate, agebat consilio, agebat per summum ordinem, agebat exemplo bonorum ac fortium civium; quid re publica, quid se dignum esset, quis ipse esset, quid sperare, quid maioribus suis reddere deberet, diligentissime cogitabat.

41 88 Huic gravitati hominis videbat ille gladiator se, si moribus ageret, parem esse non posse; ad ferrum, faces, ad cotidianam caedem, incendia, rapinas se cum exercitu suo contulit; domum oppugnare, itineribus occurrere, vi lacessere et terrere coepit. non movit hominem summa gravitate summaque constantia; sed quanquam dolor animi, innata libertas, prompta excellensque virtus fortissimum virum hortabatur vi vim oblatam praesertim saepius ut frangeret et refutaret, tanta moderatio fuit hominis, tantum consilium, ut contineret dolorem neque eadem se re ulcisceretur qua esset lacessitus, sed illum tot iam in funeribus rei publicae exultantem ac tripudiantem legum, si posset, laqueis constringeret.
89 descendit ad accusandum. quis umquam tam proprie rei publicae causa, nullis inimicitiis, nullis praemiis, nulla hominum postulatione aut etiam opinione id eum umquam esse facturum? fracti erant animi hominis; hoc enim accusante pristini illius sui iudici turpitudinem desperabat. ecce tibi consul, praetor, tribunus plebis nova novi generis edicta proponunt,

15 — p. 53, 20 -nare itineribus . . . multitudo **L**

1 existimaturos **PHV** : existimatis **G** || 1—9 adiit . . . videbat *om.* **H** || 1 rei p. *edd.* : RP· (Rp **V**) **GV** : re P. **P** || 2 ereptum *Pantagathus* : e re P. tum **P** : hoc (h *scr.* **G**) rei p. tum **GV** : e re p. ⟨erep⟩tum *He. 71* || 3 omnium **P** : omium **G** || 3—4 collegas adiutores habebat *post* 6 Italia *transp. Paul 32* || 7 soli **P** : soceri **GV** || 8 potuissent **P** : possent **GV** || 9—12 agebat¹ . . . cogitabat *subiecta verbis § 89 p. 49, 2—3* quid ageret . . . natus *una cum his post § 92 p. 50, 13* conparando *transp.* **H** || 11 ipse esset **PGV** : esse ipse esset **H** || 12 deberet **PGV** : deberent **H** || 13—p. 49, 2 huic . . . liceat *om.* **H** || 14 ad ferrum faces **P²GV** : *om.* **P¹** : ad ferrum, ⟨ad⟩ faces *edd. vett.* || 15 rapinas **P²GV** : rapina **P¹** | occurrere **PL²GV** : occurre **L¹** || 16 hominem **LGV** : hominінem **P** || 17 quanquam **G** : quam- **P** : quaquam **L** || 18 hortabatur (or- **L¹**) **PL¹GV** : hortabantur **L²** | vi vim **PGV** : vicum **L¹** : vim **L²** | oblatam **PLG²** : ablatam **G¹V** || 19 refutaret **PL²GV** : reputaret **L¹** || 20 se re **PL** : re se **G** : res **V** || 21 funerbus **P¹** || 23 tam **LP²GV** : *om.* **P¹** || 25 eum umquam *Lb.²* : eumquam **P¹L¹** : numquam **V** : umquam (un- **L²**) **P²L²G** | fracti **PL²GV** : facti **L¹** || 26 iudicii **L** : iuditii **PG** || 27 proponunt **LP²GV** : pronunt **P¹**

ne reus adsit, ne citetur, ne quaeratur, ne mentionem omnino cuiquam iudicum aut iudiciorum facere liceat! quid ageret vir ad virtutem, dignitatem, gloriam natus vi sceleratorum hominum conroborata, legibus iudiciisque sublatis? cervices tribunus plebis privato, praestantissimus vir 5 profligatissimo homini daret an causam susceptam abiceret an se domi contineret? et vinci turpe putavit et deterreri et latere. perfecit ut, quoniam sibi in illum legibus uti non liceret, illius vim neque in suo neque in rei publicae periculo pertimesceret.

42 90 Quo modo igitur hoc in genere praesidi conparati accusas Sestium, 10 cum idem laudes Milonem? an qui sua tecta defendit, qui ab aris, focis ferrum flammamque depellit, qui sibi licere volt tuto esse in foro, in templo, in curia, iure praesidium comparat; qui volneribus, quae cernit cotidie toto corpore, monetur ut aliquo praesidio caput et cervices et iugulum ac latera tutetur, hunc de vi accusandum putas? 91 quis enim 15 nostrum, iudices, ignorat ita naturam rerum tulisse ut quodam tempore homines nondum neque naturali neque civili iure descripto fusi per agros ac dispersi vagarentur tantumque haberent quantum manu ac viribus per caedem ac vulnera aut eripere aut retinere potuissent? qui igitur primi virtute et consilio praestanti extiterunt, ii perspecto genere humanae 20 docilitatis atque ingeni dissupatos unum in locum congregarunt eosque ex ecferitate illa ad iustitiam atque ad mansuetudinem transduxerunt.

1 adsit **LP^{2}GV** : atsit **P^{1}** || 2 iudicum **PL^{2}GV** : iudicium **L^{1}** | liceat **PGV** : liceret (*sed* at *supra* -et *scr.* **L^{1}**) **L** || 2–3 quid . . . natus *ad § 92 transp.* **H**; *v. supra § 87 p. 48, 9–12* || 2 quid **PLGV** : nam quid **H** | virtutem **PLGV** : *om.* **H** || 3 gloriam **PLG** : et gloriam **H** : *corruptiora in* **V** || 3–8 vi . . . pertimesceret *om.* **H** || 3 vi sceleratorum **PGV** : vis ceratorum **L** | conroborata **P** : conroboratas (corr- **GV**) **LGV** || 4 praestantissimus vir **PL^{2}** : prestantissim vir **L^{1}** : praestantissimum virum **GV** || 5 susceptam **PGV** : supceptam **L** | abiceret *Ruhnken, Mnem. 3, 1854, 232* : adfligeret (aff- **GV**) **PLGV** || 6 et latere. perfecit *Mdv.^{2} 371* : etiam eripere eicit **P^{1}** : etiam eripi reeicit (reicit **L^{2}**) **P^{2}L^{2}** : etiam eripere elegit **L^{1}GV** : et clam eripi: id egit *Pet.^{1} 270* : et clam ⟨se⟩ eripere, ita (effecit *pro* ita *A. Kl.*) *Oehler, A. Kl., alii alia sed ita ut tria membra,* cervices . . . daret, causam . . . abiceret, se domi contineret, *quibus respondent tria verba,* vinci, deterreri, latere, *aut aliter coniunxerint* (*e. g. Sey.^{1} 63*) *aut ad duo redacta reddiderint* (*e. g. Ri. 275*) || 9 igitur **PLGV** : *om.* **H** | hoc in **PLGV** : in hoc **H** | praesidi conparati *del. Pluyg.^{1} 335; at cf. Kimm. 30* | praesidi **L^{1}** : pr(a)esidii **PL^{2}GH** | accusas **GHV** : accussas **PL** || 11 flammamque **LGHV** : flamamque **P** | licere **PL^{2}GHV** : *om.* **L^{1}** || 12 iure . . . comparat *del. Ortm. 425; sed cf. Kimm. 30* | iure **PL^{2}** : in re **GV** : iuria **L^{1}** : qui iure **H** || 14 de vi **PLH** : de via **GV** || 15 ut **LP^{2}GHV** : *om.* **P^{1}** || 17 vagarentur **PGHV** : vacarentur **L** || 18 qui **PL^{2}GHV** : quid **L^{1}** || 19 consilio **LP^{2}GHV** : consio **P^{1}** | ii **PLG** : hi **H** : ut **V** || 20 ingenii **PLGH** | dissupatos **PL^{2}** : dissi- **H** : disputatos **LG^{1}V** : disparatos **G^{2}** || 20.21 eosque***ex ec|feritate **P** : eosque aut et (*fort.* ex *legendum*) haec feritate **L** : eosque et ex feritate **G** : eosque ut ex veritate **V** : eosque ex feritate **H** || 21 illa **PL^{2}H** : illa* **G** : illam **L^{1}V** | ad^{2} **PLGV** : *om.* **H** | transduxerunt **PLGV** : transtulerunt **H**

tum res ad communem utilitatem, quas publicas appellamus, tum conventicula hominum, quae postea civitates nominatae sunt, tum domicilia coniuncta, quas urbes dicimus, invento et divino iure et humano
92 moenibus saepserunt. atque inter hanc vitam perpolitam humanitate et illam immanem nihil tam interest quam ius atque vis. horum utro uti 5
nolumus, altero est utendum. vim volumus extingui, ius valeat necesse est, id est iudicia, quibus omne ius continetur. iudicia displicent aut nulla sunt, vis dominetur necesse est. hoc vident omnes; Milo et vidit et fecit, ut ius experiretur, vim depelleret. altero uti voluit, ut virtus audaciam vinceret; altero usus necessario est, ne virtus ab audacia vinceretur. ea- 10
demque ratio fuit Sesti, si minus in accusando — neque enim per omnis fuit idem fieri necesse — at certe in necessitate defendendae salutis suae praesidioque contra vim et manum conparando.

43
93 O di immortales! quemnam ostenditis exitum nobis, quam spem rei publicae datis? quotus quisque invenietur tanta virtute vir qui optimam 15
quamque causam rei publicae amplectatur, qui bonis viris deserviat, qui solidam laudem veramque quaerat? cum sciat duo illa rei publicae

1 ad **PLGV** : *om.* **H** *unde* res communem utilitatem ⟨continentes⟩ *Naug.*[1] | publicas (puplicas **H**) appellamus **PLH** : appellamus publicas **GV** || 2 nominat(a)e sunt **PGV** : nominatatae sunt **L** : nominaverunt **H** : nominatae sunt ⟨instituerunt⟩ *Mdv.*[2] *372; sed cf. Kimm. 30* || 3 iure et (*ex* iuret **P**[2] : iurae et **L**) humano **PLGV** : et humano iure **H** || 4 ⟨ut⟩ moenibus *Rau 2, 90, Gigante* : ⟨tamquam⟩ moenibus *Ba. 102* : [moenibus] *F. Schoell ap. Kimm. 30 cl. Caec. 75* : ⟨institutis et⟩ moenibus *Jac. 710* | s(a)epserunt **PL**[2]**GHV** : saeperunt **L**[1] | perpolitam **PL**[2]**H** : perpopuli am **L**[1] : per publicolam **GV** || 5 tam **PLGV** : tamen **H** | atque **PL**[2]**GV** : aque **L**[1] : et **H** || 6 nolumus **S** *Mdv.*[2] *373* : nolimus **PLGHV** *pro indicativo prob. A. Kl. cl. Verg. buc. 7, 23* si non possimus omnes; *Sen. contr. 2, 5, 11* negare non possimus; *Suet. Aug. 87, 2* 'simus' quo usus est Augustus pro 'sumus'; *Mar. Vict. GL VI 9, 5* Messala, Brutus, Agrippa pro 'sumus' 'simus' ⟨scripserunt⟩. *cf. etiam Plaut. Stich. 434* rivales sumus (simus **P**). *coniunctivum intellegit Gaffiot 132* | altero est **GHV** : alterost **P**[1]**L**[2] : altero **L**[1] | valeat **PL**[2]**GV** : *?* **L**[1] : *om.* **H** || 7 continetur **LGHV** : contintinetur **P** || 9 ut . . . depelleret *del. Pluyg.*[1] *334 cl. § 86* hoc sentire prudentiae est, facere fortitudinis, et sentire vero et facere perfectae cumulataeque virtutis | ut ius **PL**[2]**GH** : utit **L**[1] : ut **V** | voluit **PLH** : noluit **GV** || 10 vinceret **PL**[2]**GHV** : unceret **L**[1] | necessario est **LGHV** : necessariost **P** || 11 sesti (-tii **L**[1]**G**) **PL**[1]**G** : p. sestii **L**[2] *vel* **L**[3]**H** || 12 fieri necesse **PLGV** : necesse fieri **H** | at **PLG** : ut **H** : aut **V** | defendend(a)e **PLHG**[2]**V** : defendente **G**[1] || 13 contra **PL**[2]**GHV** : cotra **L**[1] | conparando (con- **P**) **PL**[2]**GV** : comportarando **L**[1] : comparato **H** | *post* comparato *in* **H** *insequuntur verba ex §§ 87 et 89 excerpta. v. supra ad § 87 p. 48, 9–12* || 14 di **PL** : dii **GHV** | quemnam **P**[2]**GV** : quennam **P**[1]**L**[2] : quonnam **L**[1] : qua misericordia **H**[1] : quem iam **H**[2] *mg.* | exitum **HG**[2] : exitium **LP**[2]**G**[1]**V** : exitimum **P**[1] || 15 quotus **PLGV** : quot **H** | quisque **PL**[2]**H** : quisquam **L**[1]**GV** || 16–17 amplectatur . . . rei p. *om.* **P**[1], *quae duobus versibus compressa,* amplectatur . . . solidā / laudem . . . rei p., *extremae columnae subiecit* **P**[2] || 17–p. 51, 20 cum sciat . . . Milonem *om.* **H** || 17 duo **PL**[2]**GV** : dux **L**[1]

paene fata, Gabinium et Pisonem, alterum haurire cotidie ex beatissimis
atque opulentissimis Syriae gazis innumerabile pondus auri, bellum in-
ferre quiescentibus, ut eorum veteres inlibatasque divitias in profundissi-
mum libidinum suarum gurgitem profundat, villam aedificare in oculis
5 omnium tantam, tugurium ut iam videatur esse illa villa quam ipse tri-
bunus plebis pictam olim in contionibus explicabat, quo fortissimum ac
summum civem in invidiam homo castus ac non cupidus vocaret; al- **94**
terum Thracibus ac Dardanis primum pacem maxima pecunia vendidisse,
deinde, ut illi pecuniam conficere possent, vexandam iis Macedoniam et
10 spoliandam tradidisse, eundemque bona creditorum, civium Romanorum,
cum debitoribus Graecis divisisse, cogere pecunias maximas a Dyrrachi-
nis, spoliare Thessalos, certam Achaeis in annos singulos pecuniam im-
peravisse neque tamen ullo in publico aut religioso loco signum aut ta-
bulam aut ornamentum reliquisse; illos sic inludere quibus omne sup-
15 plicium atque omnis iure optumo poena debetur, reos esse hos duos quos
videtis. omitto iam Numerium, Serranum, Aelium, quisquilias seditionis
Clodianae; sed tamen hi quoque etiam nunc volitant, ut videtis, nec,
dum vos de vobis aliquid timebitis, illi unquam de se pertimescent.

Nam quid ego de aedile ipso loquar, qui etiam diem dixit et accusavit **44 95**
20 de vi Milonem? neque hic tamen ulla unquam iniuria adducetur ut eum
tali virtute tantaque firmitate animi se in rem publicam fuisse paeniteat;
sed qui haec vident adulescentes quonam suas mentes conferent? ille
qui monumenta publica, qui aedes sacras, qui domos inimicorum suorum
oppugnavit, excidit, incendit, qui stipatus semper sicariis, saeptus ar-

1 fata **PL^{2}G** : facta **L^{1}V** | alterum **PL^{2}G** : alter **V** : *om.* **L^1** | beatissimis *Kiessling cl. Hor. carm. 1, 29, 1* beatis nunc Arabum invides gazis : pecatissimis **P^{1}L^1** : pacatissimis **P^{2}L^{2}G** : paratissimis *Herm.^{2} 446* : pacatissimae (atque opulentissimae) *Heine* : optatissimis *Busche* : pacatissimis ⟨gentibus⟩ *Syd.^{2} 158* || 2 gazis **P^{2}G** : gasis **V** : gazzis **P^{1}L** : populis *vel* gentibus *Ri. 275 cl. dom. 23; prov. cons. 15* || 3 quiescentibus **PLGV** : quietis gentibus *Weid.^{1} 10* || 4 profundat **L^2** : profundant **PL^{1}G^2** : profundunt **G^{1}V** | villam **P^{2}L^{2}G^2** : ullam **P^1** : illam **L^{1}G^{1}V** || 5 videatur **PL^{2}GV** : videantur **L^1** || 6 quo **PL^{2}GV** : qui **L^1** || 7 summum **PGV** : sumum **L** || 8 thracibus **PL^1** : tra- **L^{2}GV** | dardanis **PL^{2}GV** : dardinis **L^1** || 9 ut **PLG^{2}V** : *om.* **G^1** || 10 eundemquae **P^1** || 11 divisise **P^1** || 12 certam ach(a)eis **PGV** : certā machaeis **L** | pecuniam **P^{2}L^{2}GV** : pecunias **P^{1}L^1** || 14 illos *Ha.^{1}; cf. We. 64* : hos **P^{2}GV** : hoc **P^{1}L** : securos *Syd.^{2} 158* | sic **PGV** : si **L** || 15 duos **PL^{2}GV** : duum **L^1** || 16 numerium **PL^2** : numenium **L^{1}GEV** | quisquilias **P^{2}L^{2}GV** : quisqueillas **P^{1}L^1** || 17 etiam nunc **LG** : etiannunc **P** | nec **PL^2** : ne **L^{1}GV** || 18 timebitis **P^{1}L^1** : timetis **P^{2}L^{2}GV** | pertimescent *Naug.^{2}* : pertimescunt **PLGV** || 19 (a)edile **PL^{1}G^{1}V** : aedili **L^{2}G^2** | loquar **PL^{2}GV** : loquor **L^1** | diem **PL^2** : *om.* **L^{1}GV** || 20 ulla **L^{1}P^2**(*?*) : nulla **P^{1}BL^2** : illa **GHV** | adducetur **H** : adduceretur *sed* -re- *expunctis* **P** : adduceretur **LB** : adducere **GV** || 21 se **LP^{2}GHV** : se et **P^1** | in rem p. **H** : in ·R·P· (·r·p· **L**) **PLG** : in re p. *Eb.* || 22 quonam **P^{2}L^{2}GHV** : quoniam **P^{1}L^1** | conferent **P^{2}L^{2}GHV** : conferrent **P^{1}L^1** || 23 qui domos . . . suorum *om.* **H** || 24 excidit **PLGHV** : exscidit *Lb.^{1}; sed cf. § 35 p. 22, 4* excisam

matis, munitus indicibus fuit, quorum hodie copia redundat, qui et pere-
grinam manum facinerosorum concitavit et servos ad caedem idoneos
emit et in tribunatu carcerem totum in forum effudit, volitat aedilis,
accusat eum qui aliqua ex parte eius furorem exultantem repressit; hic
qui se est tutatus sic ut in privata re deos penatis suos, in re publica iura 5
tribunatus atque auspicia defenderet, accusare eum moderate a quo ipse
96 nefarie accusatur per senatus auctoritatem non est situs. nimirum hoc
illud est quod de me potissimum tu in accusatione quaesisti, quae esset
nostra 'natio optimatium'; sic enim dixisti. rem quaeris praeclaram iuven-
tuti ad discendum nec mihi difficilem ad perdocendum; de qua pauca, 10
iudices, dicam, et, ut arbitror, nec ab utilitate eorum qui audient, nec ab
officio vestro, nec ab ipsa causa P. Sesti abhorrebit oratio mea.

45 Duo genera semper in hac civitate fuerunt eorum qui versari in re
publica atque in ea se excellentius gerere studuerunt; quibus ex generi-
bus alteri se populares, alteri optumates et haberi et esse voluerunt. qui 15
ea quae faciebant quaeque dicebant multitudini iucunda volebant esse,
populares, qui autem ita se gerebant ut sua consilia optumo cuique pro-
97 barent, optumates habebantur. quis ergo iste optumus quisque? numero,
si quaeris, innumerabiles, neque enim aliter stare possemus; sunt prin-
cipes consili publici, sunt qui eorum sectam sequontur, sunt maximorum 20
ordinum homines, quibus patet curia, sunt municipales rusticique Ro-
mani, sunt negoti gerentes, sunt etiam libertini optumates. numerus, ut
dixi, huius generis late et varie diffusus est; sed genus universum, ut
tollatur error, brevi circumscribi et definiri potest. omnes optumates

22 negotii gerentes *Arusianus Messius, GL VII 475, 24*

1 hodie **P^{2}GHV** : hodiae **L** : odie **P^{1}** | redundat **PLGV** : redundans **H** || 1–3 qui . . . effudit *om.* **H** || 1 peregrinam **PL^{2}GV** : peregrinum **L^{1}** || 2 facinerosorum *edd.* : -nor- **PLGV** | idoneos **PLG** : *del. Ba. 103; at cf. Kimm. 31* || 3 in tribunatu **PLGV** : *del. Ba. 103* | carcerem **PL^{2}GV** : carcarem **L^{1}** | forum **LP^{2}GV** : forume **P^{1}** || 4 eius **PLGV** : *om.* **H** || 6 atque **PLGV** : *om.* **H** | accusare **PLH** : accusate **G** : acurre **V** || 7 accusatur **PLGHV** : oppugnatur *Ba. 104 cl. Mil. 38* | auctoritatem **PLH** : auctoritate **G** : aucto te **V** | hoc **PL^{2}GHV** : ho **L^{1}** || 8 qu(a)esisti **PL^{2}GHV** : quaesiti **L^{1}** || 9 optimatium **PLH** : optimatum **GV** | qu(a)eris **PLGV** : queritis **H** || 11 arbitror **LGHV** : adarbitror **P** || 12 vestro **PLG** : nostro **HV** *at cf. We. 66* | aborrebit **L** || 13 eorum **PLHV** : *om.* **G** || 14 gerere **PL^{2}GH** : genere **L^{1}V** | studuerunt **PLH** : statuerunt **GV** || 16 iucunda **PL^{2}** : io- **L^{1}H** : iocundam **GV** | volebant esse **PL** : esse volebant **GV** : esse volebant esse **H** || 17 autem **PLHG^{2}** : hoc **G^{1}** : enim **V** | consilia **PLH** : concilia **GV** | probarent **PLGV** : probarentur **H** || 18 iste optumus **PLGV** : optumus iste **H** | quisque numero **P^{1}BLGHV** : quis? de numero *Naug.*^{1} **P^{3}** *cf. Herm.*^{2} *447* || 20 sectam **PLHG^{2}V** : septam **G^{1}** | sequontur **P** : sequuntur **G^{2}** : secuntur **LG^{1}HV** | maximorum **PLGHV** : proximorum *Herm.*^{4} *509* : maxime eorum *Weid.*^{1} *10* || 21 hordinum **P^{1}** | patet **PL^{2}GHV** : putet **L^{1}** | municipales **G^{1}** : municipiales **PLHG^{2}V** || 22 negotii *Arus.* **PLH** : negotia **GV** | optumates **PL^{2}G** : opti- **H** : optumatus **L^{1}** || 22.23 ut dixi **PLGV** : *om.* **H** || 23 generis **PLHV** : *om.* **G** || 24 difiniri **L^{1}**

sunt qui neque nocentes sunt, nec natura inprobi ac furiosi, nec malis domesticis inpediti. est igitur ut ii sint, quam tu 'nationem' appellasti, et qui integri sunt et sani et bene de rebus domesticis constituti. horum qui voluntati, commodis, opinionibus in gubernanda re publica serviunt, 5 defensores optumatium ipsique optumates gravissimi et clarissimi cives numerantur et principes civitatis. **98** quid est igitur propositum his rei publicae gubernatoribus quod intueri et quo cursum suum derigere debeant? id quod est praestantissimum maximeque optabile omnibus sanis et bonis et beatis, cum dignitate otium. hoc qui volunt, omnes optuma- 10 tes, qui efficiunt, summi viri et conservatores civitatis putantur. neque enim rerum gerendarum dignitate homines ecferri ita convenit ut otio ⟨non⟩ prospiciant, neque ullum amplexari otium quod abhorreat a dignitate.

46 Huius autem otiosae dignitatis haec fundamenta sunt, haec membra, 15 quae tuenda principibus et vel capitis periculo defendenda sunt: religiones, auspicia, potestates magistratuum, senatus auctoritas, leges, mos maiorum, iudicia, iuris dictio, fides, provinciae, socii, imperi laus, res militaris, aerarium. **99** harum rerum tot atque tantarum esse defensorem et patronum magni animi est, magni ingeni magnaeque constantiae. et- 20 enim in tanto civium numero magna multitudo est eorum qui aut propter metum poenae, peccatorum suorum conscii, novos motus conversionesque rei publicae quaerant, aut qui propter insitum quendam animi furo-

1 nec natura inprobi (im- **GH** : probi **L**) **PLGH** : nec improbi **V** : *del. Paul 323* | ac *A. Kl.; cf. § 99 lin. 22* qui propter insitum quendam animi furorem : nec **PLGHV** : aut *Koechly*^{1}; *ita oratio trimembris, quae etiam lin. 3, §§ 98 lin. 8–9, 99 p. 53, 20–54, 2 apparet, satis eleganter servatur* : *priora duo membra,* qui neque nocentes sunt nec natura inprobi, *quodam modo arte inter se cohaerere putant Koch et Nisbet 336* (*hic etiam caesuram post* inprobi *deprehendit*)*; quibus tamen ita in unum redactis quid in sequentibus tribus locis respondeat haereo* || 2 est (ē *scr.* **P**) igitur **PL^2** (*?*) : esto igitur **L^{1}GHV** : e **B** : efficitur *Ba. 109* : sequitur *Mdv.*^{2} *374* : en igitur *Jeep*^{1} *6* | ii **PG** : hii **LV** : hi **H** | sint **PL^{2}GHV** : sunt **L^1** || 3 et qui **PLGHV** *Baehrens 536 cl. Cat. 1, 21; Caec. 9. cf. etiam Att. 3, 6* et ut in Epiro (*pro* ut et in Epiro)*; 3, 4* ne et Sicca (*pro* et ne Sicca) : qui et *Man.* : qui *Mdv.*^{2} *376* | ⟨et boni⟩ et sani *propter* 1 inprobi *concinnitatis causa Ri. 271* || 4 opinionibus *Ha.*^{1} : opinis **PLG^{1}V** : optimis **G^2** : opinioni **H** : opibus *Jac. 712* : disciplinis *Syd.*^{2} *159* || 5 optumates gravissimi] *cf. § 138 p. 73, 10* optumatium principes *et We. 66* : optumates, gravissimi *distinxit Or.*^{2} || 6 quid **PL^{2}GHV** : qui **L^1** | propositum **PGHV** : prepositum **L** | his **PGHV** : is **L** || 7 quo **PL^{2}GHV** : quod **L^1** | derigere **P** : dirigere **LGHV** || 8 omnibus **PLGV** : *om.* **H** || 10 civitantis **L^1** || 11 ecferri **P^{1}L^{2}G^2** : haec ferri **L^1** : eff- **H** : et ferri **P^{2}G^{1}V** || 12 non **S** *Naug.*^{1} **P^3** : *om.* **P^{1}BLGHV** | abhorreat *Naug.*^{1} **P^3** : abhorret **P^{1}BLGHV** || 14 huius **LP^{2}GHV** : hius **P^1** | haec^1 **PLGV** : hic **H** || 16 magistratuum **LP^{2}GHV** : magistratum **P^1** || 17.18 res militaris **PLH** : rei militaris **G** : rei milites **V** || 18 (a)erarium **PLHG^{2}V** : aerarum **G^1** || 19 patronum **PL^{2}GHV** : patrorum **L^1** | magnaequae **L^1** || 19–p. 54, 7 etenim . . . dignitatis *om.* **H** || 20 civium **P^{2}L^{2}G** : cium **P^1** : tium **L^1** | *post* multitudo *deficit* **L** | multitudo est **GV** : multitudost **P** || 21 paenae **PG** | peccatorum suorum conscii *del. Hartman* | conversionesque **P^2** : -quae **P^1** : conversionesque **G** || 22 animi **PGV** : animis *Lb.*^{1}

rem discordiis civium ac seditione pascantur, aut qui propter inplicationem rei familiaris communi incendio malint quam suo deflagrare. qui cum tutores sunt et duces suorum studiorum vitiorumque nacti, in re publica fluctus excitantur, ut vigilandum sit iis qui sibi gubernacula patriae depoposcerunt, enitendumque omni scientia ac diligentia ut 5 conservatis iis quae ego paulo ante fundamenta ac membra esse dixi 100 tenere cursum possint et capere oti illum portum et dignitatis. hanc ego viam, iudices, si aut asperam atque arduam aut plenam esse periculorum aut insidiarum negem, mentiar, praesertim cum id non modo intellexerim semper, sed etiam praeter ceteros senserim. 10

47 Maioribus praesidiis et copiis oppugnatur res publica quam defenditur, propterea quod audaces homines et perditi nutu impelluntur et ipsi etiam sponte sua contra rem publicam incitantur, boni nescio quo modo tardiores sunt et principiis rerum neglectis ad extremum ipsa denique necessitate excitantur, ita ut non numquam cunctatione ac tarditate, dum 15 101 otium volunt etiam sine dignitate retinere, ipsi utrumque amittant. propugnatores autem rei publicae qui esse voluerunt, si leviores sunt, desciscunt, si timidiores, desunt; permanent illi soli atque omnia rei publicae causa perferunt qui sunt tales qualis pater tuus, M. Scaure, fuit, qui a C. Graccho usque ad Q. Varium seditiosis omnibus restitit, quem num- 20 quam ulla vis, ullae minae, ulla invidia labefecit, aut qualis Q. Metellus, patruus matris tuae, qui cum florentem hominem in populari ratione, L. Saturninum, censor notasset cumque insitivum Gracchum contra vim multitudinis incitatae censu prohibuisset cumque in eam legem quam non iure rogatam iudicarat iurare unus noluisset, de civitate maluit quam de 25 sententia demoveri, aut, ut vetera exempla, quorum est copia digna huius imperi gloria, relinquam, neve eorum aliquem qui vivont nominem, qualis nuper Q. Catulus fuit, quem neque periculi tempestas neque honoris aura potuit unquam de suo cursu aut spe aut metu demovere.

48 102 Haec imitamini, per deos inmortalis, qui dignitatem, qui laudem, qui 30

21–26 (Q. Metellus ... demoveri) *cf. Val. Max. 3, 8, 4*

3 tutores **PG** : corores **V** : auctores *ed. Asc.* || 5 depoposcerunt **G** : deposcerunt **PV** || 7 otii **PG** || 9 aut **PGHV** : atque *Gar.; cf. Mdv.*^{2} *353* : et *Kays.* || 11 oppugnatur **PH** : oppugnantur **GV** | res p. quam defenditur **PH** : *om.* **GV** || 12 et ipsi **P**^{2}**H** : et ipse **P**^{1} : sed ipsi **GV** || 14 neglectis **GHV** : neclectis **P** || 15 ita ut **P**^{2}**GHV** : itat **P**^{1} | dum (d- *in ras.*) **P** || 16 amittant **HG**^{2} : amittunt **PG**^{1}**V** || 17 autem **PG**^{2} : hoc **G**^{1} : enim **V** || 17–18 si leviores ... atque *om.* **H** || 19 scaure **PH** : scaurus **GV** || 20 a ... Varium *om.* **H** | graccho **G**^{2} : gracco **PG**^{1} | ad **P**^{2}**GV** : at **P**^{1} | seditiosis **PG**^{2}**V** : -ciosis **H** : seditionis **G**^{1} || 20–21 numquam ulla **PGV** : nulla unquam **H** || 21 ull(a)e **PGV** : nullae **H** | ulla **PGV** : nulla **H** || 22 patruus **P**^{2}**GHV** : patrus **P**^{1} || 22–25 cum ... noluisset *om.* **H** || 23 gracchum **P** : graccum **G** || 24 censu **P** : sensu **GV** | eam **P**^{2}**GV** : eam enim **P**^{1} || 27 imperii **PGH** | vivont **PG**^{1} : vivunt **HG**^{2} || 29 unquam **H** : um- **PG** | cursu **PGV** : cursu vitae **H** || 30 imittamini **P**^{1}

gloriam quaeritis! haec ampla sunt, haec divina, haec immortalia; haec fama celebrantur, monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur. est labor, non nego; pericula magna, fateor;

multae insidiae sunt bonis

5 verissime dictum est; sed te

id quod multi invideant multique expetant inscitiast,

inquit,

postulare, nisi laborem summa cum cura ecferas.

nollem idem alio loco dixet, quod exciperent inprobi cives,

10 oderint, dum metuant;

praeclara enim illa praecepta dederat iuventuti. sed tamen haec via ac 103 ratio rei publicae capessendae olim erat magis pertimescenda, cum multis in rebus multitudinis studium ac populi commodum ab utilitate rei publicae discrepabat. tabellaria lex ab L. Cassio ferebatur. populus libertatem 15 agi putabat suam. dissentiebant principes et in salute optumatium temeritatem multitudinis et tabellae licentiam pertimescebant. agrariam Ti. Gracchus legem ferebat. grata erat populo; fortunae constitui tenuiorum videbantur. nitebantur contra optumates, quod et discordiam excitari videbant et, cum locupletes possessionibus diuturnis mo- 20 verentur, spoliari rem publicam propugnatoribus arbitrabantur. frumentariam legem C. Gracchus ferebat. iucunda res plebei; victus enim

4 multae ... bonis, **6** id ... inscitiast, **8** postulare ... ecferas *Accius, TRF 214; cf. Planc. 59; cf. etiam Ambr. expos. Luc. 7, 89* (*CSEL XXXII 4 p. 319, 1*) multae enim insidiae sunt bonis (nobis **A**) || **9–10** alio loco dixisset: oderint dum metuant *Schol.* || **10** oderint dum metuant *Accius, TRF 203; cf. Phil. 1, 34; off. 1, 97* || **14** tabellaria lex *Schol.* || **16–21** agrariam Tiberius, frumentariam G. Gracchus ferebat *Schol.*

1 haec divina haec immortalia **PG** : hec divina sunt hec inmortalia **V** : haec immortalia haec divina **H** || **3**–p. 56, **27** est labor ... commovebatur *om.* **H** || **5** sed **P**[2]**GV** : et **P**[1] || **6** expetant **P** : expectant **GV** | inscitiast **P**[2] : incitiast **P**[1] : inscitia est **G** : inscientia est **V** || **8** postulare nisi (*vel* ni) *We. 1* : postulare sivi **P**[2]**B** : postularent sivi **P**[1]**GV** | summa cum **P** : sūmū (c *sscr.* **G**[2]) **G** : suum cum **V** | ecferas **P** : h(a)ec feras **GV** || **9** nollem **P**[1]**G** : nollent **V** : nullum **P**[2]**B** | dixet *Maehly 49; cf. § 28 p. 18, 8* : dixit **PGV** : dixisset *Schol.* | quod ... cives **PGV** : *om. Schol.* || **11** ac *Or.*[1] : hec (h- *in ras.* **P**) **PV** : haec **G** || **13** ac *Lb.*[1] : ad **PGV** : aut *Jac. 713* || **17** Ti. *edd.* : ·T· **PGV** : Tiberius *Schol.* || **17–20** Gracchus ... arbitrabantur **PGV** : *om. Schol.* || **17** grata **GV** : gratia **P** | tenuiorum **P**[2]**G** : tenuorum **V** : tenuiorem **P**[1] || **18** nitebantur **GV** : *om.* **P** | et *ed. Herv., We. 64* : ei **PG**[1] : eis **G**[2] : eius **V** || **21** legem **PGV** : *om. Schol.* | c. **PGV** : G. *Schol.* | iucunda (io- **V**) **PG**[1]**V** : iucundam **G**[2] | res plebei *edd.* : res ·P· plebei (-b- *ex* -u- **P**) **PV** : RP· plebei **G**

suppeditabatur large sine labore. repugnabant boni, quod et ab industria plebem ad desidiam avocari putabant et aerarium exhauriri videbant.

49 104 Multa etiam nostra memoria, quae consulto praetereo, fuerunt in ea contentione ut popularis cupiditas a consilio principum dissideret. nunc iam nihil est quod populus a delectis principibusque dissentiat, nec flagitat rem ullam neque novarum rerum est cupidus et otio suo et dignitate optumi cuiusque et universae rei publicae gloria delectatur. itaque homines seditiosi ac turbulenti, quia nulla iam largitione populum Romanum concitare possunt, quod plebes perfuncta gravissimis seditionibus ac discordiis otium amplexatur, conductas habent contiones neque id agunt ut ea dicant aut ferant quae illi velint audire qui in contione sunt, sed pretio ac mercede perficiunt ut, quicquid dicant, id illi velle audire videantur. 105 num vos existimatis Gracchos aut Saturninum aut quemquam illorum veterum qui populares habebantur ullum umquam in contione habuisse conductum? nemo habuit. ipsa enim largitio et spes commodi propositi sine mercede ulla multitudinem concitabat. itaque temporibus illis, qui populares erant, offendebant illi quidem apud gravis et honestos homines, sed populi iudiciis atque omni significatione florebant. his in theatro plaudebatur, hi suffragiis quod contenderant consequebantur, horum homines nomen, orationem, vultum, incessum amabant. qui autem adversabantur ei generi, graves et magni homines habebantur; sed valebant in senatu multum, apud bonos viros plurimum, multitudini iucundi non erant, suffragiis offendebatur saepe eorum voluntas; plausum vero etiam si quis eorum aliquando acceperat, ne quid peccasset pertimescebat. ac tamen, si quae res erat maior, idem ille populus horum auctoritate maxime commovebatur.

1 suppeditabatur large **P** : suppediebatur large **V** : suppediebatur largus **G** || 2 videbant *Mo.* : videbantur **P**^{1}**G**^{1}**V** : videbatur **P**^{2}**G**^{2} || 5 contentione **PGV** : condicione *Ri. 276 cl. § 106 p. 57, 1–2* nunc . . . in eo statu civitas est ut . . . omnes idem de re p. sensuri esse videantur || 5. 6 nunc iam *ed. Asc.* : nunc tam **P** : num tam **GV** || 6 populus **P**^{2}**GV** : pulus **P**^{1} | principibusquae **P**^{1} | dissentiat **PG**^{1} : dissentiant **V** : dissentit **G**^{2} || 8 optumi **G** : optimi **P** | cuiusquae **P**^{1} || 9 nulla iam largitione **P** : nullam iam largitionem **G** : nullam largitionem **V** || 10 concitare (*sed* -e *ex* -i *videtur*) **G** : concitari **PV** | plebes **P** : plebs **GV** | gravissimis **P** : gravissimis (-i*s **G** *ubi* -i* *ex* -u- *videtur*) is (hys **V**) **GV** || 11 amplexatur *Mdv.*^{2} *376; cf. § 98 p. 53, 12; Mur. 83* : malexatur **P**^{1} : male vexatur **P**^{2}**B** : male laxatur **GV** || 13 dicant **PGV** : dicunt (?) *Ha.*^{1} | velle audire **P** : audire velle **GV** || 17 concitabat **P**^{2}**GV** : contabat **P**^{1} || 18 populares erant **PV** : popula reserant *distinxit* **G** : popula restiterant **G**^{2} | honestos **P**^{2}**GV** : honestos honestos **P**^{1} || 20 theatro **PG**^{2} : te- **G**^{1} || 22 autem **PG**^{2} : hoc **G**^{1} : enim **V** || 23 sed **PGV** *cf. Mue. Praef. XXII; Phil. 3, 36; Flac. 9* : sed ⟨ut⟩ *Oehler* : et *Ba. 111* : *ante* multitudini *transp. Koechly*^{2}, *Paul 322* || 25 peccassed **P**^{1} || 26 ac tamen **PG**^{1} : attamen **G**^{2}**V** *cf. § 115 p. 61, 5* | si quae **P**^{1} : si qua **P**^{2}**GV**

50 106 Nunc, nisi me fallit, in eo statu civitas est ut, si operas conductorum removeris, omnes idem de re publica sensuri esse videantur. etenim tribus locis significari maxime de ⟨re publica⟩ populi Romani iudicium ac voluntas potest, contione, comitiis, ludorum gladiatorumque consessu.
5 quae contio fuit per hos annos, quae quidem esset non conducta sed vera, in qua populi Romani consensus ⟨non⟩ perspici posset? habitae sunt multae de me ⟨a⟩ gladiatore sceleratissimo, ad quas nemo adibat incorruptus, nemo integer; nemo illum foedum vultum aspicere, nemo furialem vocem bonus audire poterat. erant illae contiones perditorum hominum
10 necessario turbulentae. habuit de eodem me P. Lentulus consul contio- 107 nem; concursus est populi Romani factus, omnes ordines, tota in illa contione Italia constitit. egit causam summa cum gravitate copiaque dicendi tanto silentio, tanta adprobatione omnium, nihil ut unquam videretur tam populare ad populi Romani aures accidisse. productus est
15 ab eo Cn. Pompeius, qui se non solum auctorem meae salutis, sed etiam supplicem populo Romano ⟨praebuit⟩. huius oratio ut semper gravis et grata in contionibus fuit, sic contendo numquam neque sententiam eius auctoritate neque eloquentiam iucunditate fuisse maiore. quo silentio 108 sunt auditi de me ceteri principes civitatis! quos idcirco non appello hoc
20 loco ne mea oratio, si minus de aliquo dixero, ingrata, si satis de omnibus, infinita esse videatur. cedo nunc eiusdem illius inimici mei de me eodem ad verum populum in campo Martio contionem! quis non modo adprobavit, sed non indignissimum facinus putavit illum non dicam loqui, sed vivere ac spirare? quis fuit qui non eius voce maculari rem publicam, se-
25 que si eum audiret scelere adstringi arbitraretur?

1 conductorum **PGHV** : conductas *Lb.*^{2}*; cf. § 38 p. 23, 13* cum operis conductis : *del. O. M. Mueller, Mdv.*^{2} *377; sed cf. dom. 79* operis . . . egentium . . . servorum*; Varr. r. r. 1, 17, 2; Kimm. 32* || 3 de ⟨re p.⟩ populi R. iudicium *J. G. Baiter ap. Kays. Praef. XI* : de R p iudicium **V** : de ·P·R· iuditium **PG** : populi r. iudicium **H** *et vulgo* : de re p. iudicium *Mo. ap. Kays. Praef. XI*: de nobis (*vel* civibus) P. R. iudicium *He. 42 cl. Vat. 10* || 4 voluntas potest **P**^{2}**GHV** : potest voluntas **P**^{1} | consessu **S** : consensu **PGH** || 5 ⟨num⟩ quae *A. Kl.* | contio **P**^{2}**GHV** : contentio **P**^{1} || 6 ⟨non⟩ perspici *Zie. 207* : perspici ⟨non⟩ *Lb.*^{1} || 7 a **S** : *om.* **PGH** : *plura om.* **V** | gladiatore **P**^{2}**GHV** : gladiadiatore **P**^{1} | ad quas **PGV** : contiones ad quas **H** || 8–9 nemo illum . . . poterat *om.* **H** || 8 illum **GV** : ullum **P** | furialem **P** : funalem **GV** || 9 audire **P**^{2}**GV** : audere **P**^{1} | erant **GV** : erant|erant **P** : erant enim **H** | hominum **P**^{2}**GHV** : homine **P**^{1} || 11–12 omnes . . . constitit *om.* **H** || 12 contione **P**^{2}**G** : contio **P**^{1} : *om.* **V** || 13 unquam **H** : um- **PG** || 16 praebuit *hic add. Mdv.*^{2} *377* (*cf. Zie. 207, aliter censet Primmer 254 adn. 7*), *ante* populo R. *We. 44* : exibuit **H** : *om.* **PG** : *plura om.* **V** : professus est *Koch; cf. Pis. 80* : praedicavit *Reid ap. Holden 274* | ut semper gravis *Sey.*^{1} *64* : et pergravis **PGHV** : etsi semper gravis *Herm.*^{6} *475* || 17–18 sic . . . maiore *om.* **H** | sententiam . . . neque *om.* **P**^{1} || 18 maiore **P**^{1}**G**^{1}**V** : maiorem **P**^{2}**BG**^{2} | silentio **PH** : silenti **G** : silente **V** || 20 ingrata si **P**^{2} : ingratast **P**^{1} : ingrata sit si **GHV** || 21 cedo **PHG**^{2} : cede **G**^{1}**V** | illius **P**^{2}**H** : illius de **P**^{1} : illius** **G** : illiusdem **V** || 22 quis **P**^{2}**GHV** : quos **P**^{1} || 23 facinus **PHV** : faci non **G**^{1} : facinus non **G**^{2} || 25 eum **PGV** : tum **H** | adstringi **P**^{1}**G** : astringi **P**^{2}**H**

51
109 Venio ad comitia, sive magistratuum placet sive legum. leges videmus
saepe ferri multas. omitto eas quae feruntur ita vix ut quini, et ii ex aliena
tribu, qui suffragium ferant reperiantur. de me, quem tyrannum atque
ereptorem libertatis esse dicebat illa ruina rei publicae, dicit se legem
tulisse. quis est qui se, cum contra me ferebatur, inisse suffragium con- 5
fiteatur? cum autem de me eodem ex senatus consulto comitiis centu-
riatis ferebatur, quis est qui non profiteatur se adfuisse et suffragium de
salute mea tulisse? utra igitur causa popularis debet videri, in qua omnes
honestates civitatis, omnes aetates, omnes ordines una consentiunt, an
110 in qua furiae concitatae tanquam ad funus rei publicae convolant? an 10
sicubi aderit Gellius, homo et fratre indignus, viro clarissimo atque op-
tumo consule, et ordine equestri, cuius ille ordinis nomen retinet, orna-
menta confecit, id erit populare? 'est enim homo iste populo Romano de-
ditus.' nihil vidi magis; qui, cum eius adulescentia in amplissimis hono-
ribus summi viri, L. Philippi vitrici, florere potuisset, usque eo non fuit 15
popularis ut bona solus comesset. deinde ex inpuro adulescente et petu-
lante, postea quam rem paternam ab idiotarum divitiis ad philosopho-
rum reculam perduxit, Graeculum se atque otiosum putari voluit, studio
litterarum se subito dedidit. nihil sane Attici iuvabant anagnostae, li-
belli pro vino etiam saepe oppignerabantur; manebat insaturabile abdo- 20
men, copiae deficiebant. itaque semper versabatur in spe rerum novarum,
otio et tranquillitate rei publicae consenescebat.

10–11 an ... indignius *Schol.*

1 placet sive legum **PGV** : sive legum placet **H** || **1–3** leges ... reperiantur *om.* **H** || **2** et ii **G** : *in ras.* **P** : et hi **B** : et tu **V** || **3** reperiantur **PV** : repperiantur **G** || **4** dicit **H** : dicet **PGV** || **5** se *post* inisse *transp.* **H** || **6** autem **PHG**^{2} : hoc **G**^{1}**V** || **9** civitatis **PHG**^{2}**V** : civitates **G**^{1} | una ⟨voce⟩ *Koch cl. Pis. 7 et 34; Phil. 1, 21; Lael. 86, alia* : una ⟨mente⟩ *Mue.; cf. har. resp. 12; Phil. 4, 7* || **10** convolant **P**^{2}**GHV** : convo|convolant **P**^{1} || **11** indignius *Schol.* || **11–12** atque ... consule *om.* **H** || **13–15** est enim ... potuisset *om.* **H** || **15** vitrici **PG**^{2} : victrici **G**^{1}**V** || **16** comesset **PHG**^{2} : cum esset **G**^{1}**V** || **16–19** deinde ... anagnostae *om.* **H** || **17** ab idiotarum **P**^{2}**GV** : abdiotarum **P**^{1} | divitiis **PGV** : deliciis *Pantagathus* || **18** reculam *Latendorf; cf. K. Keil, Sey.*^{3} *701* : regulam **PGV** *Pantagathus, He. 51* : tegulam *Herm.*^{1} *579* : pergulam *Bezzenberger 21* : paenulam *P. de Lagarde, Adn. ad Proverb. vers. Graec. VII* : perulam *Scheibe 372; cf. Koch*^{4} || **19** dedidit **P** : dedit **GV** | sane Attici *Mdv.*^{2} *379* : sane atae **P**^{1} : sane attae (atte **G**) **P**^{2}**G** : sane ate **V** : sane Actaei *Pet.*^{1} *270* : sane ad haec *Jeep*^{1} *7* : sua arte *O. M. Mueller* : sane artes *Luterbacher* : sapientiae *Spengel* : savia te *He. 44; cf. etiam huius Rhein. Mus. 17, 1862, 152–154 et 22, 1867, 631–634* : suavitates *Mue.* : ganeonem tamen *Landgraf 59* : sane attat *Verdier 654* : *aliae coniecturae, quae tamen plerumque rationem verborum* iuvabant anagnostae *non habent, legi possunt ap. O. M. Muellerum, He. 50, Mue. Praef. XXIII* | iuvabant anangnostae (anagnoscae **G** *sed* -g- *ex* -n- *videtur* : an agnosce **V**) **P**^{2}**GV** : *om.* **P**^{1} || **20** pro vino etiam s(a)epe **PGV** : etiam pro vino saepe **H** || **21**–p. 59, **7** itaque ... saviatus *om.* **H** || **21** versabatur **GV** : versaba*tur **P** | in spe **P**^{2} (*?*) **GV** : inpe **P**^{1} : in **B**

Ecquae seditio umquam fuit in qua non ille princeps? ecqui seditiosus 52
quoi ille non familiaris? ecquae turbulenta contio cuius ille non concita-
tor? cui bene dixit umquam bono? bene dixit? immo quem fortem et bo-
num civem non petulantissime est insectatus? qui, ut credo, non libidinis
5 causa, sed ut plebicola videretur, libertinam duxit uxorem. is de me suf- 111
fragium tulit, is adfuit, is interfuit epulis et gratulationibus parricidarum;
in quo tamen est me ultus, cum illo ore inimicos est meos saviatus. qui
quasi mea culpa bona perdiderit, ita ob eam ipsam causam est mihi in-
imicus, quia nihil habet. utrum ego tibi patrimonium eripui, Gelli, an tu
10 comedisti? quid? tu meo periculo, gurges ac vorago patrimoni, helluabare,
ut, si ego consul rem publicam contra te et gregalis tuos defendissem, in
civitate esse me nolles? te nemo tuorum videre vult, omnes aditum, ser-
monem, congressum tuum fugiunt; te sororis filius Postumius, adulescens
gravis, senili iudicio, notavit, cum in magno numero tutorem liberis non
15 instituit. sed latus odio et meo et rei publicae nomine, quorum ille utri
sit inimicior nescio, plura dixi quam dicendum fuit in furiosissimum atque
egentissimum ganeonem. illuc revortor: contra me cum sit actum capta 112
urbe atque oppressa, Gellium, Firmidium, Titium, eiusdem modi furias
illis mercennariis gregibus duces et auctores fuisse, cum ipse lator nihil
20 ab horum turpitudine, audacia, sordibus abhorreret. at cum de dignitate
mea ferebatur, nemo sibi nec valetudinis excusationem nec senectutis
satis iustam [ut illam] putavit; nemo fuit qui se non rem publicam me-
cum simul revocare in suas sedes arbitraretur.

1 qua non **PV** : quam **G** | ecqui **P** : et qui **GV** || 2 quoi **P^2** : quo **P^{1}G** *cf. § 63 p. 36, 14* : cui **V** | fami*liaris (*sine ras.* **V**) **PV** : familiari **G** | contio **PG^{2}V** : contione **G^1** | ille non **P^2** : non ille **GV** : ille **P^1** || 3 fortem et bonum **P** : bonum et fortem **GV** || 4 qui **PG^{2}V** : quid **G^1** || 5 plebicola videretur libertinam **P** : publico laudaretur liber **GV** || 6 adfuit **P** : aff- **GV** || 7 me **P^{1}G** : ne **P^{2}BV** | ultus cum illo ore *Pantagathus* : ullus cum illo re **P^1** : ullus cum (tam **V**) illo reo **P^{2}GV** | inimicos est meos **P^1** : inimicus est meus **P^{2}G** | qui **PHV** : quis **G** || 8 ipsam causam **PH** : causam ipsa **G^1** : causam ipse **G^2** : causam ipsam ipsam **V** || 9 tibi patrimonium **PH** : patrimonium tibi **GV** | gelli **P^2** (*?*) **GHV** : celli **P^{1}B** || 10 tu **P^{2}H** : tuo **P^{1}GV** | patrimonii **PGH** | helluabare **PHG^{2}V** : helluaberem **G^1** || 12 aditum **H** : auditum **P^{2}GV** : adiutum **P^1** || 13 congressum **GH** : concressum **P** : congressuum **V** || 13–14 tuum ... notavit *om.* **V** || 13–16 te ... nescio *om.* **H** || 13 postumius **P** : posthumius **G** || 14 gra*vis **P** : *om.* **G** || 15 latus **P^{1}GV** : elatus **P^{2}B** *sed cf. Nep. Att. 10, 4* Antonius tanto odio ferebatur in Ciceronem*; Verr. 5, 121* praeceps amentia ferebare*; Clu. 12* ferri libidine, *199* scelere ferri*; Tusc. 3, 11* ferantur aut libidine aut iracundia*; Sall. Cat. 3, 3* studio ad rem p. latus sum | et meo **P^{2}GV** : *om.* **P^1** | nomine quorum **PV** : non inequorum **G^1** : non iniquorum **G^2** | utri *edd.* : uteri **V** : utei **PG** || 16 inimicior **P^{1}V** : inimicitior **P^{2}G** || 17–p. 60, 25 illuc ... iudicet *om.* **H** || 17 sit actum **PG** : sit factum **V** : est actum *Mdv.^{2} 380; fort. recte* : sit latum *Or.^{2}; at cf. § 125 p. 66, 15–16* cum ... de me actum iri putaretur || 18 atquae **P** || 18, 19 furias illis **P** : illis furias **G** : illas furias **V** || 20 abhorreret **V** : abhorret **G** : aborret **P** | at **GV** : ad **P** | de **PV** : *om.* **G** || 21 mea **P** : *om.* **GV** | valitudinis **PGV** || 22 ut illam **P^{1}G** : *del.* **P^2** : illam **V** : ullam *Ha.^{1}; sed cf. Paul 318*

53 **113** Videamus nunc comitia magistratuum. fuit conlegium nuper tribunicium, in quo tres minime, duo vehementer populares existimabantur. ex iis qui populares non habebantur, quibus in illo genere conductarum contionum consistendi potestas non erat, duo a populo Romano praetores video esse factos; et, quantum sermonibus vulgi et suffragiis intellegere potui, prae se populus Romanus ferebat sibi illum in tribunatu Cn. Domiti animum constantem et egregium et Q. Anchari fidem ac fortitudinem, etiam si nihil agere potuissent, tamen voluntate ipsa gratum fuisse. iam de C. Fannio quae sit existimatio videmus; quod iudicium populi **114** Romani in honoribus eius futurum sit, nemini dubium esse debet. quid? populares illi duo quid egerunt? alter, qui tamen se continuerat, tulerat nihil, senserat tantum de re publica aliud atque homines exspectabant, vir et bonus et innocens et bonis viris semper probatus, quod parum videlicet intellexit in tribunatu, quid vero populo probaretur, et quod illum esse populum Romanum qui in contione erat arbitrabatur, non tenuit eum locum in quem, nisi popularis esse voluisset, facillume pervenisset. alter, qui ita se in populari ratione iactarat ut auspicia, legem Aeliam, senatus auctoritatem, consulem, collegas, bonorum iudicium nihili putaret, aedilitatem petivit cum bonis viris et hominibus primis sed non praestantissimis opibus et gratia; tribum suam non tulit, Palatinam denique, per quam omnes illae pestes vexare rem publicam dicebantur, perdidit nec quicquam illis comitiis quod boni viri vellent nisi repulsam tulit. videtis igitur populum ipsum, ut ita dicam, iam non esse popularem, qui ita vehementer eos qui populares habentur respuat, eos autem qui ei generi adversantur honore dignissimos iudicet.

54 **115** Veniamus ad ludos. facit enim, iudices, vester iste in me animorum

1–2 fuit ... duo vaementer ... existimabantur *Schol.* || 10–11 quid ... duo *Schol.*

1 videamus *Naug.*^{2} : videmus **PGV** | magistratuum **GV** : magistratum **P** || 2 duo vehementer (vaementer *Schol.*) *Schol.* **GV** : vehementer duo **P** || 5 ⟨ex⟩ sermonibus *Lb.*^{1} || 6 domitii **P** : -cii **G** || 7 ancharii **PG** || 8 gratum **PGV** : gratam *vel* grata (*hoc etiam We. 12, quod tamen malam clausulam efficit; cf. Zie. 207*) *Man.; sed cf. Mue. Praef. XXIII; cf. etiam Vat. 14* ut ... senatui denuntiaris tuis actionibus augurum responsa atque eius collegi adrogantiam impedimento non futura*; Font. 44* quae (*sc.* Macedonia) cum se ac suas urbes ... conservatam esse dicat || 10–11 quid populares illi duo, quid egerunt? *distinxit Koch; cf. §§ 75 p. 42, 5 et 122 p. 64, 20* || 11 quid egerunt **PGV** : *del. Pluyg.*^{1} *335* || 13 viris **P**^{2}**V** *sed* **V** *om.* semper : viris et **P**^{1}**G** || 18 senatus *edd.* : setus **P**^{1} : secutus **P**^{2}**GV** || 19 nihili *Hot.* : nihil **PGV** | sed **P** : et **GV** || 20 tribum *edd.* : tribuas **PGV** || 21 ⟨posse⟩ vexare *Lehmann 214* : ⟨maxime⟩ vexare *Busche* | rem p. *Gar.* : populum ·R· **P** : ·PR· **GV** | dicebantur **PGV** : nitebantur *R. Kl. Praef. X* : ordiebantur *Eb.* : moliebantur *Rossberg* : solebant *Koch* : conabantur *Sh. B. 271, alii alia* || 22 nisi *ante* quod *transp. et* repulsam *glossema esse susp. Sh. B. ib.* || 23 videtis **P**^{2}**GV** : viditis **P**^{1} | iam *ed. Asc.* : tam **PGV** || 24 eos^{1} **P** : *om.* **GV** | autem **PG**^{2} : hoc **G**^{1}**V** || 26 iudices **PHG**^{2} : uides **G**^{1}**V**

oculorumque coniectus ut mihi iam licere putem remissiore uti genere
dicendi. comitiorum et contionum significationes sunt interdum verae,
sunt non numquam vitiatae atque corruptae; theatrales gladiatoriique
consessus dicuntur omnino solere levitate non nullorum emptos plausus
5 exilis et raros excitare; ac tamen facile est, cum id fit, quem ad modum et
a quibus fiat, et quid integra multitudo faciat videre. quid ego nunc di-
cam quibus viris aut cui generi civium maxime plaudatur? neminem ve-
strum fallit. sit hoc sane leve, quod non ita est, quoniam optimo quoique
inpertitur, set, si est leve, homini gravi leve est, ei vero qui pendet rebus
10 levissimis, qui rumore et, ut ipsi loquontur, favore populi tenetur et du-
citur, plausum immortalitatem, sibilum mortem videri necesse est. ex 116
te igitur, Scaure, potissimum quaero, qui ludos apparatissimos magni-
ficentissimosque fecisti, ecquis istorum popularium tuos ludos aspexerit,
ecquis se theatro populoque Romano commiserit. ipse ille maxime lu-
15 dius, non solum spectator sed actor et acroama, qui omnia sororis embo-
lia novit, qui in coetum mulierum pro psaltria adducitur, nec tuos ludos
aspexit in illo ardenti tribunatu suo nec ullos alios nisi eos a quibus vix
vivus effugit. semel, inquam, se ludis homo popularis commisit omnino,
cum in templo Virtutis honos habitus esset virtuti Gaique Mari, conser-

12–13 qui ludos apparatissimos fecisti *Schol.* || **14** ipse ... ludius *Schol.* || **15–16** qui ... novit *Schol.* || **17–18** vix vivus effugit *Schol.*

1 oculorumquae **P**^{1} | coniectus *Lb.*^{1} : contectus **PGV** : contuitus **H** || **2** *post* dicendi *sequitur § 119 p. 63, 6–15* et quaeso ... putentur *in* **H** || **2–11** comitiorum ... necesse est *om.* **H** || **2–3** interdum ver(a)e sunt **P**^{2}**GV** : *om.* **P**^{1} || **3** theatrales **P** : te- **G** | gladiatoriique **P**^{2}**G**^{2}**V** : gladiatorique (-quae **P**^{1}) **P**^{1}**G**^{1} || **4** consessus *edd.* : consensus **PGV** (*sed* **V** *ita*: dicuntur consensus) || **5** exilis *edd.* : ex illis **PGV** | ac tamen **PG**^{1}**V** : attamen **G**^{2} *cf. § 105 p. 56, 26* || **7** maxime plaudatur **GV** : maxima plaudatur **P** : maxime applaudatur *ed. Asc.* || **8** ita est **GV** : itast **P** | quoniam **P** : vel quoniam quod **GV** | quoique **PG**^{1} : cuique **G**^{2}**V** || **9** set **P** : et **GV** || **10** ipsi **PG**^{1} : ipse **G**^{2} : ipso **V** | loquontur *edd.* : locontur **P** : locuntur **V** : loquitur **G** | ducitur **P** : dicitur **GV** || **11** sibilum *edd.* : sibtum **P**^{1} : sibi tum **P**^{2}**G** : sibi cum **V** || **12** apparatissimos magnificentissimosque **P**^{2}**GHV** : apparatissimosque **P**^{1} : apparatissimos *Schol.* || **13–14** ecquis ... commiserit *om.* **H** || **13** ecquis **P** : et quis **GV** || **14** ecquis **P** : et quis **V** : et qui **G** | commiserit **GV** : commi*serit **P** | ipse ille *Schol.* **P** : ille ipse **GHV** | ludius *Schol.* **PH** : ludos **GV** || **15** spectator **P** : expectator **GHV** | actor **PH** : auctor **GV** | acroama *edd.* : acroma **PGHV** | sororis *Schol.* **PGV** : sosoris **H** || **16** coetum **P** : caetum **G** : cetu **H** | psaltria **H** : psalteria **PGV** || **18** vivus *Schol.* **PGV** : unius **H** || **18**–p. 62, **9** semel ... venisset *om.* **H** || **18** ludis **P**^{2}**G** : ludiis **P**^{1} : dulis **V** | commisit **P**^{2}**GV** : commissit **P**^{1} *cf. supra l. 14* || **19** Virtutis *Naug.*^{2} : virtu**s honoris **P** : honoris **GV** : honoris virtutis **E** *error archetypi est ex* honoris *supra* virtutis *scripto ortus, cum librario templum* Honoris et Virtutis *ante oculos versaretur; cf. § 120 p. 63, 18* in templo Virtutis, *ubi tamen in Scholiastae ad h. l. explicatione idem error apparet qui hic; cf. etiam We. 66*

vatoris huius imperi, monumentum municipi eius et rei publicae defensori sedem ad salutem praebuisset.

55 117 Quo quidem tempore quid populus Romanus sentire se ostenderet, utroque in genere declaratum est: primo cum audito senatus consulto rei ipsi atque absenti senatui plausus est ab universis datus, deinde cum 5 senatoribus singulis spectatum e senatu redeuntibus; cum vero ipse qui ludos faciebat consul assedit, stantes ei manibus passis gratias agentes et lacrumantes gaudio suam erga me benivolentiam ac misericordiam declararunt. at cum ille furibundus incitata illa sua vaecordi mente venisset, vix se populus Romanus tenuit, vix homines odium suum a corpore 10 eius inpuro atque infando represserunt; voces quidem et palmarum in-118 tentus et maledictorum clamorem omnes profuderunt. sed quid ego populi Romani animum virtutemque commemoro, libertatem iam ex diuturna servitute dispicientis, in eo homine cui tum petenti iam aedilitatem ne histriones quidem coram sedenti pepercerunt? nam cum agere- 15 tur togata 'Simulans', ut opinor, caterva tota clarissima concentione in ore inpuri hominis inminens contionata est:

haec, Tite, tua postprincipia atque exitus
vitiosae vitae.

8 lacrimantes gaudio *Schol.* || **15–16** nam ... togata *Schol.* || **18–19** haec ... vitae *Afranius, CRF 304*

1 imperii **PG** | municipi *edd.* : municipii **PGV** || **2** sedem **PG** : set est **V** : reditum *A. Kl.* : praesidium *Paul 315* : senatus consultum *Kar. 8* | ad **PGV** : ac *Syd.*^{2} *159* || **3** sentiret [se ostenderet] *Paul 329; at pleonasmus in Cicerone vix offendit. cf. Verr. 4, 1* deinde fortasse non magno opere quaeretis, quo id nomine appellandum putetis*; cf. etiam Kimm. 32* || **4** declaratum est **GV** : declaratumst **P** | primo **P**^{2}**GV** : primum **P**^{1} | senatus consulto rei *Gar.*, *Dobree 6* : senatus cons. ore* (-i *eras.*) **P** *i. e. error ex* s·c^{o}. rei *ortus est* (*cf. Gar.*) : s·c· ore **G** || **6** *plenam priorum edd. interpunctionem post* redeuntibus *sustulit He. 72* || **7** assedit stantes **PV** : asseditantes **G** | ei **P** : et **GV** *fort. recte; cf. We. 64* || **9** at **P**^{2}**GV** : ad **P**^{1} | incitata **P** : *om.* **GV** || **10** odium **P**^{2}**HV** : hodium **P**^{1}**G** || **11** infando **PGV** : nefando **H** || **11–14** voces ... aedilitatem *om.* **H** || **12** omnes *edd.* : omnem **PGV** || **13** virtutemquae **P**^{1} || **14** dispicientis (-tien- **G**^{1}) **PG**^{1} : despicientis (-tien- **G**^{2}) **G**^{2}**V** || **15–p. 63, 6** nam ... actor *om.* **H** || **16** concentione **P** : contentione **GV** || **16, 17** in ore **PGV** : in os *vel* ori *Schue.* || **17** contionata est **GV** : contionatast **P** || **18** haec *O. Ribbeck* : huic **PGHV** | tua **P** : etua **G** : et tua **V** || **19** vit(a)e **P**^{2}**GV** : vita **P**^{1} : ⟨spéctatores,⟩ hínc conicite póstprincipia atque éxitus / vítiosae vitae ⟨átque⟩ ... *Fle.*^{2}*; verbis* caterva tota *motus haec sub finem fabulae relegavit; nam nisi hoc ultimo loco in comoedia Latina omnes histriones una non agunt* (*cf. Diomedes, GL III 491, 29* Latinae comoediae chorum non habent)*; cf. Plaut. asin. 942–947; Bacch. 1207–1211; capt. 1029–1037; cist. 782–787; Epid. 732–733* : huíc licet tua ⟨éxaequare⟩ póstpr. *sqq. Fleckeisenum secutus Koch*^{5} : ⟨spéctatores, ém⟩ videte póstpr. *sqq. item Fle. secutus Löwe* : huíc, Tite, / tua póst princ. atq. éx. vitiósae vitae *distinxit Ha.*^{1}

sedebat exanimatus, et is qui antea cantorum convicio contiones cele-
brare suas solebat cantorum ipsorum vocibus eiciebatur. et quoniam fac-
ta mentio est ludorum, ne illud quidem praetermittam, in magna vari-
etate sententiarum numquam ullum fuisse locum, in quo aliquid a poeta
5 dictum cadere in tempus nostrum videretur, quod aut populum univer-
sum fugeret aut non exprimeret ipse actor. et quaeso hoc loco, iudices, 119
ne qua levitate me ductum ad insolitum genus dicendi labi putetis, si de
poetis, de histrionibus, de ludis in iudicio loquar.

Non sum tam ignarus, iudices, causarum, non tam insolens in dicendo, 56
10 ut omni ex genere orationem aucuper et omnes undique flosculos carpam
atque delibem. scio quid gravitas vestra, quid haec advocatio, quid ille
conventus, quid dignitas P. Sesti, quid periculi magnitudo, quid aetas,
quid honos meus postulet. set mihi sumpsi hoc loco doctrinam quandam
iuventuti, qui essent optumates. in ea explicanda demonstrandum est
15 non esse popularis omnis eos qui putentur. id facillime consequar, si
universi populi iudicium verum et incorruptum et si intimos sensus civi-
tatis expressero. quid fuit illud quod recenti nuntio de illo senatus con- 120
sulto quod factum est in templo Virtutis ad ludos scaenamque perlato
consessu maxumo summus artifex et me hercule semper partium in re
20 publica tam quam in scaena optimarum flens et recenti laetitia et mixto
dolore ac desiderio mei egit apud populum Romanum multo gravioribus
verbis meam causam quam egomet de me agere potuissem? summi enim
poetae ingenium non solum arte sua, sed etiam dolore exprimebat. qua
enim ⟨vi⟩:

25 qui rem publicam certo animo adiuverit,
statuerit, steterit cum Achivis —

6—7 et quaeso hoc in loco . . . putetis *Schol.* || **17—18** de illo . . . Virtutis *Schol.* || **19** summus artifex *Schol.* || **25—26** qui . . . Achivis *Accius, TRF 357*

1 is **P**^{2}**GV** : his **P**^{1} || **1, 2** celebrare suas **P** : suas celebrare **GV** || **3** mentio est **G** : mentiost **P** : mentione **V** | ne *ed. Asc.* : et **PGV** *cf. § 11 p. 8, 17* || **4** sententiarum **P**^{2}**GV** : sentiarum **P**^{1} | aliquid **GV** : aliquit **P** || **6** aut non exprimeret **P**^{2}**GV** : *om.* **P**^{1} | actor **PG**^{2} : auctor **G**^{1}**V** || **6—15** et quaeso . . . putentur *post § 115 p. 61, 2* dicendi *transp.* **H** || **6** loco **PGH** : in loco *Schol.; We. 67* : *plura om.* **V** || **8** ludis **PGV** : laudis **H** || **9** non^{1} **PHG**^{2}**V** : nun* **G**^{1} || **10** genere orationem **PHG**^{2}**V** : generationem **G**^{1} | aucuper **P**^{2}**GHV** : acuper **P**^{1} || **11** ille **GHV** : illi **P** || **12** p. sesti (-tii **P**^{2}) **P** : ·P·S et **G**^{1} : ·P· Sestii et **G**^{2} : sesti p s et **V** : populi r. et **H** || **13** set **P** : sed **GHV** || **14** demonstrandum est **GV** : demonstrandumst **P** : demonstrandum fuit **H** || **15—17** id . . . expressero *om.* **H** || **17—19** recenti . . . maxumo *om.* **H** || **19—20** et me hercule . . . optimarum *om.* **H** | in re p. *Naug.*^{2} : in ·T·R ·P·L **P** : in TR· PL· **G** : *plura om.* **V** || **20** optimarum ⟨actor⟩ *Grumme 10* | flens et **PGHV** : flens ex *Ba. 119* | mexto **H** || **21** apud P·R· **GV** : a ·P·R **P** : apr̄. **H** : ad p. R. *Mdv.*^{2} *383, We. 49* || **23** etiam **PGV** : qs (*i. e.* quos?) **H** || **23—p. 64, 10** qua enim . . . praeditum *om.* **H** || **24** vi *add. Koechly*^{1}*, Maehly 51* : *alii aliter locum interpretati sunt, velut* quia enim . . . demonstrabat, revocabatur *R. Kl.* : cum enim ⟨ita⟩ (*vel* sic) . . . demonstrabat, revocabatur *Reid ap. Holden 275*

vobiscum me stetisse dicebat, vestros ordines demonstrabat! revocabatur ab universis.

re dubia
haut dubitarit vitam offerre nec capiti pepercerit.

121 haec quantis ab illo clamoribus agebantur! cum iam omisso gestu verbis 5
poetae et studio actoris et exspectationi nostrae plauderetur:

summum amicum summo in bello –

nam illud ipse actor adiungebat amico animo et fortasse homines propter aliquod desiderium adprobabant:

summo ingenio praeditum. 10

57 Iam illa quanto cum gemitu populi Romani ab eodem paulo post in eadem fabula sunt acta!

o pater –

me, me ille absentem ut patrem deplorandum putabat, quem Q. Catulus, quem multi alii saepe in senatu patrem patriae nominarant. quanto cum 15
fletu de illis nostris incendiis ac ruinis, cum patrem pulsum, patriam adflictam deploraret, domum incensam eversamque, sic egit ut demonstrata pristina fortuna cum se convortisset:

haec omnia vidi inflammari

122 fletum etiam inimicis atque invidis excitaret! pro di immortales! quid? 20
illa quem ad modum dixit idem! quae mihi quidem ita et acta et scripta videntur esse ut vel a Q. Catulo, si revixisset, praeclare posse dici viderentur; is enim libere reprehendere et accusare populi non numquam temeritatem solebat aut errorem senatus:

3–4 re ... pepercerit *Accius, TRF 359* || 7 summum ... bello *Accius, TRF 361* || 13 O pater *et* 19 haec ... inflammari (*Enni sunt versus*) *Accius, TRF 360; cf. Ennius, TRF 81 et 86*

4 haut *Mdv.*[2] *384* : *ut (a- *eras.*) **P** : ut **G** | dubitarit **P** : dubitari **G** : dubitare **V** | vitam *Naug.*[2] : viam **PGV** | pepercerit *edd.* : peper **P**[1] : pepercit **P**[2]**GV** || 5 gestu **P**[2] : gesto **P**[1]**GV** | verbis⟨que⟩ *Jac. 719* || 6 actoris *ed. Herv.* : auctoris **PGV** || 8 actor **P** : auctor **GV** || 11 iam *ed. Asc.* : tam **P** : tum **GHV** || 11–12 populi ... fabula *om.* **H** | in eadem fabula **PGV** : *del. Ba. 119* || 12 sunt acta **PGV** : acta sunt **H** || 14 me me **PH** : me **GV** | ille **PGV** : illa **H**[1] : illae **H**[2] | putabat *ed. Asc.* : putarat **PGHV** || 15 multi **P**[2]**GHV** : multis **P**[1] || 16 de illis ... ruinis *om.* **H** || 17 eversamque **PGHV** : eversam, quae *Ba. 121* | demonstrata **P**[2]**GHV** : demonstratat **P**[1] || 18–19 cum ... inflammari *om.* **H** || 20 atque **P**[2]**GHV** : atatque **P**[1] || 20–p. 65, 18 pro di ... civitatis *om.* **H** || 22 posse dici **P** : dici posse **GV** || 23 libere **P**[2]**G** : liberere **P**[1] : libet **V** | reprehendere et accusare **PV** : reprehenderet et accusaret **G**

o ingratifici Argivi, immunes Graii, inmemores benefici!

non erat illud quidem verum; non enim ingrati, sed miseri, quibus reddere salutem a quo acceperant non liceret, nec unus in quemquam umquam gratior quam in me universi; sed tamen illud scripsit disertissimus
5 poeta pro me, egit fortissimus actor, non solum optumus, de me, cum omnes ordines demonstraret, senatum, equites Romanos, universum populum Romanum accusaret:

exulare sinitis, sistis pelli, pulsum patimini!

quae tum significatio fuerit omnium, quae declaratio voluntatis ab uni-
10 verso populo Romano in causa hominis non popularis, equidem audiebam, existimare facilius possunt qui adfuerunt.

58 123 Et quoniam huc me provexit oratio, histrio casum meum totiens conlacrumavit, cum ita dolenter ageret causam meam, ut vox eius illa praeclara lacrimis impediretur; neque poetae, quorum ego semper ingenia
15 dilexi, tempori meo defuerunt; eaque populus Romanus non solum plausu sed etiam gemitu suo comprobavit. utrum igitur haec Aesopum potius pro me aut Accium dicere oportuit, si populus Romanus liber esset, an principes civitatis? nominatim sum appellatus in Bruto:

Tullius, qui libertatem civibus stabiliverat.

20 miliens revocatum est. parumne videbatur populus Romanus iudicare id a me et a senatu esse constitutum quod perditi cives sublatum per nos criminabantur? maximum vero populi Romani iudicium universi 124 consessu gladiatorio declaratum est. erat enim munus Scipionis dignum et

1 o ingratifici . . . benefici *Accius, TRF 364* | o immunes Grai *Schol.* || **2** non enim . . . miseri *Schol.* || **8** exulare . . . patimini *Accius, TRF 365* || **14–15** poetae . . . dilexi *Schol.* || **18** nominatim suum . . . Bruto *Schol.* || **19** Tullius . . . stabiliverat *Accius, TRF fab. praetext. 40* || **23**–p. 66, **1** erat enimunus Scipionis . . . dabatur *Schol.*

1 o *Schol.* **P** : vero **GV** | ingratifici argivi (argui **P**[1]) **P**[2]**GV** : *om. Schol.* | immunes *Schol.* : inanes **PGV** | benefitii **PG** || **3** a quo **P** : quod **GV** || **4** di•sertissimus (-s-*eras.*) **P** : dissimus **GV** || **5** pro me **PGV** : pro re *Mdv.*[2] *385; at cf. We. 52, Jac. 720, Ba. 123* | actor **P** : auctor **GV** || **6** demonstraret **P**[2]**GV** : demonstrarent **P**[1] || **8** sinitis *ed. Asc.* : sinite **PGV** *cf. F. Leo, Plautinische Forschungen, Berlin 1912, 302* | sistis *edd.* : si istis **PGV** | pelli **P** : belli **GV** | pa•timini **P** || **10** audiebam *ed. Asc.; cf. Mdv.*[2] *386* : audiebam' **P** : audiebamus **GV** || **11** existimare **PGV** : aestimare *cod. Ursini* || **12** conlacrumavit **P** : cum lacrimavit **GV** || **14** lacrimis **P**[2]**GV** : lacris **P**[1] || **16** utrum **P**[2]**GV** : urum **P**[1] | aesopum **G** : aesophum **P** || **17** accium **P** : actium **G** : accitum **V** || **18** sum **PGHV** : suum *Schol.* || **20** milliens **P** : milies **GHV** || **20**–p. 66, **3** parumne . . . delectatur *om.* **H** || **20** parumne **P** : parum parumne **GV** || **21** constitutum **P**[2]**GV** : constitum **P**[1] || **22** maximum **PGV** *cf. We. 67* : maxime *ed. Herv.; Herm.*[5] *9* | universi *Schue.* : universo **PGV** *Sey.*[1] *65; sed cf. infra ll. 5 et 15 p. 66* || **23** consessu *edd.* : consensu **PGV** (*sed* **V** *hoc ordine verb.*: glad. consensu) | enim munus **PGV** : enimunus *Schol.* | dignum et *Schol.* : dignumst **P** : dignum est **G** : dignum ē (*i. e.* est) et **V**

eo ipso et illo Metello quoi dabatur. id autem spectaculi genus erat quod
omni frequentia atque omni genere hominum celebratur, quo multitudo
maxime delectatur. in hunc consessum P. Sestius tribunus plebis, cum age-
ret nihil aliud in eo magistratu nisi meam causam, venit et se populo
dedit non plausus cupiditate, sed ut ipsi inimici nostri voluntatem uni- 5
versi populi viderent. venit, ut scitis, a columna Maenia. tantus est ex
omnibus spectaculis usque a Capitolio, tantus ex fori cancellis plausus
excitatus, ut numquam maior consensio aut apertior populi Romani uni-
125 versi fuisse ulla in causa diceretur. ubi erant tum illi contionum mode-
ratores, legum domini, civium expulsores? aliusne est aliquis inprobis 10
civibus peculiaris populus, cui nos offensi invisique fuerimus?

59 Equidem existimo nullum tempus esse frequentioris populi quam illud
gladiatorium neque contionis ullius neque vero ullorum comitiorum.
haec igitur innumerabilis hominum multitudo, haec populi Romani tanta
significatio sine ulla varietate universi, cum illis ipsis diebus de me actum 15
iri putaretur, quid declaravit nisi optumorum civium salutem et dignita-
126 tem populo Romano caram esse universo? at vero ille praetor, qui de
me non patris, avi, proavi, maiorum denique suorum omnium, sed Grae-
culorum instituto contionem interrogare solebat, velletne me redire, et,
cum erat reclamatum semivivis mercennariorum vocibus, populum Ro- 20
manum negare dicebat, is, cum cotidie gladiatores spectaret, numquam
est conspectus cum veniret. emergebat subito, cum sub tabulas subrepse-
rat, ut

mater, te appello

dicturus videretur. itaque illa via latebrosior, qua spectatum ille veniebat, 25
Appia iam vocabatur. qui tamen quoquo tempore conspectus erat, non
modo gladiatores set equi ipsi gladiatorum repentinis sibilis extimesce-

6 venit ad columna Maenia *Schol.* || 22–25 emergebat . . . sub tabellas . . . dicturus videturus videtur *Schol.* || 24 mater te appello *Pacuvius, TRF 197* || 25 itaque . . . veniebat *Schol.*

1 Metello *Schol.; cf. Mdv.*^{2} *386* : q. metello **PGV** | quoi **PG**^{1} : quo id **V** : cui *Schol.* **G**^{2} | autem **PG**^{2} : hoc **G**^{1}**V** | genus **P**^{2}**G** : genus genus **P**^{1} || 2 caelebratur **P** : celebrabatur **G** : celebrebatur **V** || 2–3 quo . . . delectatur **PGV** : *del. (?) Reid ap. Holden 232* || 3 consessum **P**^{2}**B** : consensum **P**^{1}**GHV** | p. sestius **HG**^{2} : ·M·P· sestius **PG**^{1}**V** || 4 venit et se **P** : egit esse **GV** : egit is se **H** || 6 ut scitis **PGHV** : *om. Schol.* | a **PGHV** : ad *Schol.* : ab *R. Kl.* || 8 consensio **P**^{1}**BGH** : consessio **VP**^{3} || 9–p. 67, 4 ubi . . . decorari *om.* **H** || 11 invisiquae **P** || 14 hominum **P**^{2}**GV** : hominumum **P**^{1} || 15 sine . . . universi *del. Ortm. 426* | universi **P** : *om.* **GV** *Paul 328* || 17 ille praetor qui *Gar.* : illi et ·R· (r **V**) qui **PV** : ille et Requi (Reliqui **G**^{2}) **G** || 22 tabulas **PGV** : tabellas *Schol.* || 25 videretur **PGV** : videturus videtur *Schol.* | latebrosior *Schol.* : latebrosa **P**^{2}**GV** : latenebrosa **P**^{1} || 26 quoquo **P**^{2} : quo **P**^{1} : qq̄ **G** : quoque **V** || 27 gladiatores (gladiato **V**) set (sed **GV**) . . . gladiatorum **PGV** : equi gladiatorum sed ipsi gladiatores *Baxter* | gladiatorum *susp. Sh. B. 271*

bant. videtisne igitur quantum ⟨intersit⟩ inter populum Romanum et 127
contionem? dominos contionum omni odio populi notari, quibus autem
consistere in operarum contionibus non liceat, eos omni populi Romani
significatione decorari?

5 Tu mihi etiam M. Atilium Regulum commemoras, qui redire ipse
Carthaginem sua voluntate ad supplicium [quam], sine iis captivis de
quibus ad senatum missus erat, ⟨quam⟩ Romae manere maluerit, et mihi
negas optandum reditum fuisse per familias comparatas et homines ar-
matos? vim scilicet ego desideravi, qui, dum vis fuit, nihil egi, et quem, **60**
10 si vis non fuisset, nulla res labefactare potuisset. hunc ego reditum re- 128
pudiarem, qui ita florens fuit ut verear ne quis me studio gloriae putet
idcirco exisse ut ita redirem? quem enim unquam senatus civem nisi me
nationibus exteris commendavit, cuius umquam propter salutem nisi
meam senatus publice sociis populi Romani gratias egit? de me uno patres
15 conscripti decreverunt ut, qui provincias cum imperio optinerent, qui
quaestores legatique essent, salutem et vitam custodirent. in una mea
causa post Romam conditam factum est ut litteris consularibus ex sena-
tus consulto cuncta ex Italia omnes qui rem publicam salvam vellent con-
vocarentur. quod numquam senatus in universae rei publicae periculo
20 decrevit, id in unius mea salute conservanda decernendum putavit.
quem curia magis requisivit, quem forum luxit, quem aeque ipsa tribu-
nalia desideraverunt? omnia discessu meo deserta, horrida, muta, plena
luctus et maeroris fuerunt. quis est Italiae locus in quo non fixum sit in
publicis monumentis studium salutis meae, testimonium dignitatis?

25 Nam quid ego illa de me divina senatus consulta commemorem? vel **61** 129
quod in templo Iovis Optimi Maximi factum est, cum vir is qui tripertitas
orbis terrarum oras atque regiones tribus triumphis adiunctas huic

26 – p. 68, 1 qui . . . oras tribus triumpis . . . notavit *Schol.*

1 intersit *hic add. We. 16, post* contionem *edd. vett.* || 2 dominos **P** : et dominos **GV** | autem **P** : hoc **GV** || 5 atilium **PGV** : attilium **H** || 6 carthaginem **B** : charta- **P**^{1} : chartha- **P**^{2} : carta- **GHV** | quam *hic del. et ante* 7 Romae *transp. Cou., Sh. B. 271* | sine iis (is **V**) captivis **PGHV** : iis (*sc.* Carthaginiensibus) invitis *Jeep*^{3} *299* : invitis *Ba. 125* | de *cod. Ursini; Sh. B. ib.* : a **PGHV** *Jeep*^{3} *ib.* : pro *cod. Paris. 7779; Cou.* || 7 maluerit **P**^{2}**H** : voluerit **G** : luerit **P**^{1} : noluerit **V** || 8 – 10 per familias . . . potuisset *om.* **H** || 10 nulla res **P** : nulla re **GV** | ego reditum **P**^{2}**GHV** : reditum ego **P**^{1} || 11 ne quis **P**^{2}**GHV** : ne quid **P**^{1} : ne qui *R. Kl.* | studio glori(a)e **PGHV** : *del. Kimm. 57* || 12 unquam **H** : um- **PG** || 13 – 20 cuius . . . putavit *om.* **H** || 15 imperio **P**^{2}**GV** : imperi **P**^{1} || 16 legatique **P**^{2}**GV** : legatiqui **P**^{1} || 17 factum est **GV** : factumst **P** || 18 salvam **P** : salvam esse **GV** | convocarentur *edd.* : convocarent **PGV** || 22 discessu meo **GV** : discessū eo **P**^{1} : discessū meo **P**^{2} || 25 – p. 69, 9 nam . . . meorum *om.* **H** || 26 factum est **GV** : factumst **P** || 27 atque regiones **PGV** : *om. Schol.* | triumpis *Schol.* | adiunctas *Schol.* **P**^{2}**GV** : aiunctas **P**^{1}

imperio notavit de scripto sententia dicta mihi uni testimonium patriae conservatae dedit; quoius sententiam ita frequentissimus senatus secutus est ut unus dissentiret hostis, idque ipsum tabulis publicis mandaretur ad memoriam posteri temporis sempiternam; vel quod est postridie decretum in curia populi ipsius Romani et eorum qui ex municipiis convene- 5
rant admonitu, ne quis de caelo servaret, ne quis moram ullam adferret; si quis aliter fecisset, eum plane eversorem rei publicae fore idque senatum gravissime laturum, et ut statim de eius facto referretur. qua gravitate sua cum frequens senatus non nullorum scelus audaciamque tardasset, tamen illud addidit, ut, si diebus quinque quibus agi de me po- 10
tuisset non esset actum, redirem in patriam dignitate omni recuperata.
62 decrevit eodem tempore senatus ut iis qui ex tota Italia salutis meae causa convenerant agerentur gratiae, atque ut idem ad res redeuntes ut
130 venirent rogarentur. haec erat studiorum in mea salute contentio ut ii qui a senatu de me rogabantur eidem senatui pro me supplicarent. atque 15
ita in his rebus unus est solus inventus qui ab hac tam inpensa voluntate bonorum palam dissideret, ut etiam Quintus Metellus consul, qui mihi vel maxime ex magnis contentionibus rei publicae fuisset inimicus, de mea salute rettulerit. qui excitatus cum summa auctoritate ⟨senatus, tum⟩ P. Servili ⟨incredibili⟩ quadam gravitate dicendi, cum ille omnis 20
prope ab inferis evocasset Metellos et ad illius generis, quod sibi cum eo commune esset, dignitatem propinqui sui mentem a Clodianis latrociniis

6 ne quis de caelo servaret *Schol.* || 13–14 atque idem ad res redeuntis . . . rogarentur *Schol.*

1 notavit *Schol.* **PGV** : continuavit *Reid ap. Holden 237* | de scripto **P**^{2}**G** : descripta **G**^{1} : descriptio **V** || 2 quoius **PV** : quosius **G**^{1} : cuius **G**^{2} || 3 unus dissentiret hostis idque **P** : un** (-us *eras.* **G**^{2} : *sine ras.* **V**) desentiret hosque (hocque **G**^{2}) **GV** || 4 posteri **P**^{2}**GV** : posterita **P**^{1} | postridiae **P** : post tridie **GV** || 5 qui ex municipiis **P** : ex municipiis qui **GV** || 6 ne quis . . . servaret *Schol.* **P** : *om.* **GV** || 7 aliter **GV** : alter **P** | fecissed **P**^{1} || 8 referretur **PG**^{2}**V** : referetur **G**^{1} || 9 tardassed **P**^{1} || 10 ut si **GV** : nisi **P** | quinque] ·V· **P** : is **GV** || 11 dignitate **P**^{2}**G** : dignitatem **P**^{1}**V** || 12 salutis **GV** : satis **P** || 13 causa **PV** : causa* (-m *eras.*) **G** | ut **PGV** : *om. Schol.* | redeuntes **PGV** : redeuntis *Schol.* || 16 tam *edd.* : iam **PGV** || 17 dissideret **PG**^{2} : desideret **G**^{1}**V** || 19 rettulerit **P** : retu- **GV** | cum summa *Man.* : summa cum **PGV** *Sey.*^{1} *66, A. Kl.* || 19–20 auctoritate ⟨senatus, tum⟩ P. Servili ⟨incredibili⟩ *A. Kl.; cf. prov. cons. 22; Kasten 321, Nisbet 336* : auctoritate p. servili (-ii **P**^{2}**GV**) **PGV** : auctoritate ⟨senatus, tum⟩ P. Servilii ⟨divina⟩ *R. Kl.* : auctoritate ⟨p(atrum) c(onscriptorum), tum⟩ P. Servili ⟨incredibili⟩ *We. 53 qui* senatus *sprevit quod haud facilem habuisset omissionem* : auctoritate P. Servili, ⟨tum incredibili⟩ *Man.; cf. sen. 25* : auctoritate P. Servili ⟨incredibili⟩ *Sey.*^{1} *ib.* || 20–21 cum ille omnis prope **P** : cum ille quasi omnis (m̄*s̄ **G**, *i. e.* meus *ex* omnis) de c(a)elo servaret Ne quis prope **GV** *cf. § 129 l. 6* || 22 commune **PV** : cummune **G**

reflexisset, cumque eum ad domestici exempli memoriam et ad Numidici
illius Metelli casum vel gloriosum vel gravem convertisset, conlacruma-
vit vir egregius ac vere Metellus totumque se P. Servilio dicenti etiam
tum tradidit, nec illam divinam gravitatem plenam antiquitatis diutius
5 homo eiusdem sanguinis potuit sustinere et mecum absens beneficio suo
rediit in gratiam. quod certe, si est aliqui sensus in morte praeclarorum 131
virorum, cum omnibus Metellis tum vero uni viro fortissimo et prae-
stantissimo civi gratissimum, fratri suo, fecit, socio laborum, periculo-
rum, consiliorum meorum.

10 Reditus vero meus qui fuerit quis ignorat? quem ad modum mihi ad- 63
venienti tanquam totius Italiae atque ipsius patriae dextram porrexerint
Brundisini, cum ipsis Nonis Sextilibus idem dies adventus mei fuisset
reditusque natalis, idem carissimae filiae, quam ex gravissimo tum pri-
mum desiderio luctuque conspexi, idem etiam ipsius coloniae Brundisi-
15 nae, idem, ut scitis, ⟨Salutis⟩, cumque me domus eadem optumorum et
doctissimorum virorum, ⟨M.⟩ Laeni Flacci et patris et fratris eius, lae-
tissima accepisset, quae proximo anno maerens receperat et suo praesidio
periculoque defenderat. cunctae itinere toto urbes Italiae festos dies
agere adventus mei videbantur, viae multitudine legatorum undique
20 missorum celebrabantur, ad urbem accessus incredibili hominum multi-

5–6 mecum ... gratiam *Schol.* || 8 gratissimum ... fecit *Schol.* || 12 cum ipsis Nonis Sextilibus (*ad quod in explicatione adiecit:* hunc diem significat et reversionis suae fuisse in coloniam Brindisinam (*ex* Brundisim *We. 54*) natalem et (*ex* et natalem *St.*) filiae, etiam ipsius coloniae) *Schol.*

1 reflexisset *ed. Asc.* : refixisset **PGV** | ad domestici **P** : a domestico **GV** || 1–2 ad Numidici illius *Man.; cf. sen. 25* : ad unum dicitius **P**^{1} : ad unum dictitius **G**^{1} : ad unum dicto (dictio **V**) citius **P**^{2}**G**^{2}**V** || 2–3 conlacrumavit vir *Lb.*^{1} : conlacrumavitat|*ut (*litt.* -at *expunctae*) vir **P** : vel (*expunctum in* **G**) lacrumavit (lacri- **V**) ut vir **GV** : collacrimavit atque ut vir ... totum[que] *Mo.* || 4 diutius **PG**^{1}**V** : divitiis **G**^{2} || 5 suo *Schol.* : *om.* **PGV** || 6 aliqui **P**^{1}**GV** : alicui **P**^{2}**B** || 10 meus **PHG**^{2} : omnis **G**^{1}**V** || 10–12 quem ad modum ... Brundisini *om.* **H** || 12 ipsis Nonis Sextilibus *del. Grumme 10* || 12–13 adventus ... filiae] reditus mei fuisset qui et natalis meus idem et filiae meae carissimae **H** || 13 reditusque natalis, idem *Baiter ap. Or.*^{2} *cl. Att. 3, 20, 1* diemque natalem reditus mei cura ut ... agam*; cf. Mdv.*^{2} *387 adn. 1* : reditus|qui natalis idem **P** : reditus quin admisidem **GV** : reditusque, natalis idem *distinxit Gruter, Mdv.*^{2} *387, We. 54* : reditusque, ⟨qui⟩ natalis idem *Ha.*^{1} : reditusque natalis, ⟨natalis⟩ idem *Lb.*^{1}, *He. 47 adn. 16; cf. Att. 4, 1, 4* : reditusque, idem natalis *Grumme ib.* | carissimae **P** : carissima **GV** (*sed* **V** *ita*: carissima filia) || 13–18 quam ... defenderat *om.* **H** || 13 ex **PG**^{2} : et **G**^{1}**V** || 15 ut scitis, ⟨Salutis⟩ *Heine; cf. Att. 4, 1, 4* : et Salutis *Man.* : ut scitis, ⟨aedis Salutis⟩ *Ha.*^{1} || 16 doctissimorum **PGV** : fortissimorum *Gar.* | M. *add. Ha.*^{1} | Laeni *edd.; cf. Planc. 97; fam. 14, 4, 2* : laeli **P** : laelii **G** || 18 cunctae *Jeep*^{1} *7, Mdv.*^{3} *142* : cumque **PGHV** : tum vero *Eb.* : ⟨deinde quo veniebam⟩ cumque *A. Kl. Praef. LX* : *del. Mdv.*^{2} *388* || 19 agere **PGV** : agerent **H** | videbantur **PGV** : *om.* **H** || 19–20 legatorum ... multitudine *om.* **GV** || 20 celebrabantur **P** : celebrantur **H** | accessus **P**^{2}**H** : adcessus **P**^{1} | multitudine et *om.* **H**

tudine et gratulatione florebat, iter a porta, in Capitolium ascensus, domum reditus erat eius modi ut summa in laetitia illud dolerem, civitatem tam gratam tam miseram atque oppressam fuisse.

132 Habes igitur quod ex me quaesisti, qui essent optumates. non est 'natio', ut dixisti; quod ego verbum adgnovi; est enim illius a quo uno maxime P. Sestius se oppugnari videt, hominis eius qui hanc 'nationem' deleri et concidi cupivit, qui C. Caesarem, mitem hominem et a caede abhorrentem, saepe increpuit, saepe accusavit, cum adfirmaret illum numquam, dum haec natio viveret, sine cura futurum. nihil profecit de universis; ⟨de⟩ me agere non destitit, me oppugnavit, primum per indicem Vettium, quem in contione de me et de clarissimis viris interrogavit, — in quo tamen eos civis coniunxit eodem periculo et crimine, ut a me inierit gratiam quod me cum amplissimis et fortissimis viris congre-

64 133 gavit. sed postea mihi nullo meo merito, nisi quod bonis placere cupiebam, omnis est insidias sceleratissime machinatus. ille ad eos a quibus audiebatur cotidie aliquid de ⟨me⟩ ficti adferebat; ille hominem mihi amicissimum, Cn. Pompeium, monebat ut meam domum metueret atque a me ipso caveret; ille se sic cum inimico meo copularat ut illius meae proscriptionis, quam adiuvabat, Sex. Cloelius, homo iis dignissimus quibuscum vivit, tabulam eum, sese scriptorem esse diceret; ille unus ordinis nostri discessu meo, luctu vestro palam exultavit. de quo ego, cum cotidie rueret, verbum feci, iudices, numquam neque putavi, cum omnibus machinis ac tormentis, vi, exercitu, copiis oppugnarer, de uno sagittario me

5—6 est enim verbum eius a quo . . . videt *Schol.* || **10—11** primum . . . Vettium *Schol.* || **18—19** ut . . . proscriptionis *Schol.* || **22—p. 71, 1** neque putavi de uno . . . convenire *Schol.*

1 florebat **PG^{1}HV** : florebant **G^{2}** || **1—2** iter . . . domum *om.* **H** || **1** a porta **P^{2}GV** : adportat **P^{1}** || **2** dolerem **PHG^{2}** : dolorem **G^{1}V** || **5—p. 72, 6** quod ego . . . neglegatur *om.* **H** || **5** adgnovi **PG^{2}** : agnovi **V** : adnovi **G^{1}** | illius **PGV** : verbum eius *Schol.* || **7** deleri **P^{2}GV** : deliri **P^{1}** | **7—8** hominem et a c(a)ede ab- **P^{2}GV** : *om.* **P^{1}** || **9** numquam **V** : *numquam (u- *eras. videtur*) **P** : n̄umquam **G** || **10** de *add. edd.* | destitit *edd.* : desistit **PGV** || **11** Vettium *Schol.* **P** : tuum **GV** | contione **P^{2}B** : contionem **P^{1}GV** || **13** et fortissimis *bis* **P^{1}** || **14** mihi nullo **P** : mihi anullo **GV** : mihi ⟨uni⟩ nullo *Lehmann 214* || **15** machinatus **G** : macchinatus **P** : machinatur **V** || **16** de ⟨me⟩ ficti *Man.* : defecti **PGV** : ficti *vel* efficti *item Man.; cf. Gar. et Mdv.^{2} 388* || **18** copularat **PG^{2}V** : cupu- **G^{1}** | illius *Schol.* **PGV** : illum *Naug.^{2}* | meae *Schol.* **P** : me **GV** || **19** quam adiuvabat **PGV** (*intellege Vatinium*) : *del. Eb.* | cloelius **G** *Sh. B., CQ n. s. 10, 1960, 41* : clohelius **P^{2}** : cohelius **P^{1}** || **20** tabulam eum, sese scriptorem esse *ego* : toambuam essese scriptorem esse **P** : tabulam esse se (se esse **V**) scriptorem (scripturum **G^{2}**) **GV** : tabulam, sese scriptorem esse *Ha.^{1}* : baiulum esse, se scriptorem [esse] *R. Kl.* : tubam Vatinium (*vel* illum), sese scriptorem esse *Mue.* : ambo una sese scriptores esse *Mdv.^{3} 143* : eum baiulum esse se scriptorem [esse] *A. Kl.* : ⟨non⟩ ambulatores sed se scriptorem esse *Syd.^{2} 160* (*quod parum intellego*) || **21** co*tidie **P** || **22—23** cum . . . oppugnarer *om. Schol.* || **23** vi *Naug.^{2}* : ut **PGV** | oppugnarer **P** : oppugnaret **GV**

queri convenire. acta mea sibi ait displicere. quis nescit? qui legem meam
contemnat, quae dilucide vetat gladiatores biennio quo quis petierit aut
petiturus sit dare. in quo eius temeritatem satis mirari, iudices, non **134**
queo. facit apertissime contra legem, facit is qui neque elabi ex iudicio
5 iucunditate sua neque emitti gratia potest neque opibus et potentia leges ac iudicia perfringere. quae res hominem inpellit ut sit tam intemperans? est e⟨nim⟩ nimia gloriae cupiditate. familiam gladiatoriam, credo, nactus est speciosam, nobilem, gloriosam; norat studia populi, videbat clamores et concursus futuros. hac exspectatione elatus homo fla-
10 grans cupiditate gloriae tenere se non potuit quin eos gladiatores induceret, quorum esset ipse pulcherrimus. si ob ⟨eam⟩ causam peccaret [et], pro recenti populi Romani in se beneficio populari studio elatus, tamen ignosceret nemo; cum vero ne de venalibus quidem homines electos, sed ex ergastulis emptos nominibus gladiatoriis ornarit et sortito alios Samni-
15 tes, alios provocatores fecerit, tanta licentia, tanta legum contemptio
nonne quem habitura sit exitum pertimescit? sed habet defensiones duas: **135**
primum 'do' inquit 'bestiarios; lex scripta de gladiatoribus.' festive! accipite aliquid etiam acutius. dicet se non gladiatores, sed unum gladiatorem dare et totam aedilitatem in munus hoc transtulisse. praeclara
20 aedilitas! unus leo, ducenti bestiarii. verum utatur hac defensione; cupio eum suae causae confidere. solet enim tribunos plebis appellare et vi iudicium disturbare, cum diffidit. quem non tam admiror, quod meam

1–2 acta ... displicere se. quis ... contemnat *Schol.* || 20 unus ... bestiarii *Schol.* || 21 solet enim tribunos pl. *Schol.*

1 queri *Schol.* : quaeri **P**^{2}**GV** : quaerigo **P**^{1} | m*ea **P** | ait *Schol.* : ali **V** : alii **PG** | displicere **PGV** : displicere se *Schol.; quod neglegentiorem syllabae* re *dittographiam quandam esse recte putat We. 59* | meam *Schol.* **P**^{1}**GV** : eam **P**^{2}**B** || 2 contemnat *Schol.* : contempnat **P** : contemnatur **G** : contempnatur **V** | dilucidae **P** : delucide **GV** | petierit aut **PGV** *cf. Luebbert, ALL 2, 1885, 221* : petat aut *Pantagathus, sicut est Vat. 37 : del. Mdv.*^{2} *388, We. 56* || 3 petiturus **PG**^{2}**V** : pepiturus **G**^{1} || 4 elabi **P** : elapsi **GV** || 7 est e⟨nim⟩ nimia gloriae cupiditate *Jeep*^{1} *9 cl. § 110 p. 58, 10–16* an ... comesset, *putatque particulam* enim *ironiae inservientem causam, qua quis Vatini intemperantiam excusaverit, absurdam esse significare* : iste nimia gloriae cupiditate **P** : iste animi a gloria cupiditate **GV** : estne nimia gl. cup.? *A. Kl.* : sit tam nimia gl. cup. *Ha.*^{1} : *ut praecepta e l. 10 del. Mdv.*^{2} *390* | familiam **P** : familia **GV** || 9 futuros (*sed* -o- *ex* -u- *videtur*) **P** : futurus **GV** || 10 gloriae **P** : gloria **GV** | eos *Or.*^{2} : hos **PGV** || 11 esset *ed. Asc.* : et **PGV** | eam *add. ed. Asc.; cf. § 62 p. 36, 1* ob eam causam | et *del. Or.*^{1} || 13 de venalibus *edd.* : divinalibus **PGV** | electos sed **P**^{2}**GV** : electo sed **P**^{1} || 14 samnites **P** : sannites **V** : sanites **G** || 15–16 contemptio nonne quem *edd.* : contemptione n̄nequē (nonne quem *scr.* **V**) **GV** : contemptionem non neque **P**^{1} : contemptio ne non **P**^{2}**B** || 17 inquit **P**^{2}**GV** : inquid **P**^{1} | bestiarios *ed. Asc.* : bestiariis **PG** : destiarys **V** | scripta **PG** : ⟨est⟩ scripta *ed. Asc.* : -st *vel post* scripta *vel post* gladiatoribus *add. We. 57* || 18 dicet **PGV** : dicit *ed. Herv.; We. 57* || 20 hac **P**^{2}**GV** : ac **P**^{1}

legem contemnit hominis inimici, quam quod sic statuit, omnino consu-
larem legem nullam putare. Caeciliam Didiam, Liciniam Iuniam contemp-
sit. etiamne eius quem sua lege et suo beneficio ornatum, munitum, arma-
tum solet gloriari, C. Caesaris, legem de pecuniis repetundis non putat
esse legem? et aiunt alios esse qui acta Caesaris rescindant, cum haec op- 5
65 tuma lex et ab illo socero eius et ab hoc adsecula neglegatur! et cohortari
ausus est accusator in hac causa vos, iudices, ut aliquando essetis se-
veri, aliquando medicinam adhiberetis rei publicae. non ea est medicina,
cum sanae parti corporis scalpellum adhibetur atque integrae; carnificina
est ista et crudelitas. ii medentur rei publicae qui exsecant pestem ali- 10
quam tanquam strumam civitatis.

136 Sed ut extremum habeat aliquid oratio mea, et ut ego ante dicendi fi-
nem faciam quam vos me tam attente audiendi, concludam illud de op-
timatibus eorumque principibus ac rei publicae defensoribus vosque,
adulescentes, et qui nobiles estis, ad maiorum vestrorum imitationem 15
excitabo, et qui ingenio ac virtute nobilitatem potestis consequi, ad eam
rationem in qua multi homines novi et honore et gloria floruerunt cohor-
137 tabor. haec est una via, mihi credite, et laudis et dignitatis et honoris,
a bonis viris sapientibus et bene natura constitutis laudari et diligi; nosse
discriptionem civitatis ⟨a⟩ maioribus nostris sapientissime constitutam, 20
qui cum regum potestatem non tulissent, ita magistratus annuos creave-
runt ut consilium senatus rei publicae praeponerent sempiternum, deli-

2 Caeciliam . . . contemsit *Schol.* || 5–6 cum haec lex . . . neglegatur *Schol.* || 8–9 non . . . adhibetur *Schol.* || 10–11 ii medentur . . . civitatis *Schol.*

1 contemnit *Mdv.*^{2} *390* : contempnet **PGV** | hominis **P**^{2}**GV** : homi homines **P**^{1} | sic statuit *Mdv. ib.* : si statuit **P**^{1} : se statuit **P**^{2}**G** : statuit **V** *Lb.*^{2} : sustinuit *Ba. 130* || 2 Caeciliam *Schol.* : anciliam **PGV** (*sed* **V** *hoc ordine verb.* : putarem anciliam) | Liciniam *Schol.* : licentiam (-ciam **V**) **PGV** | contemsit *Schol.* || 4 legem de pecuniis repetundis **P** : de pecuniis repetundis legem **GV** | putat **P**^{2}**GV** : potat **P**^{1} || 5 aiunt **P** : malit **GV** | optuma **PGV** : *om. Schol.* || 6 adsecula *edd.* : adsaecula *Schol.* **P** : assecula **GV** *cf. Zie. 180* || 7 hac **P**^{2}**GHV** : ac **P**^{1} || 8 adhiberetis **P**^{2}**GHV** : adiberetis **P** | ea est *Schol.* **GHV** : east **P** || 9 parti *in marg. praebet* **G** | scalpellum *Schol.* **PHG**^{2}**V** : scabellum **G**^{1} || 10 ii *Schol.* : ei **PG** : hii **H** | exsecant *Schol.* **P**^{1}**BGH** : execant **P**^{3} | pestem *Schol.* **PHV** : postem **G** || 12 aliquid **GHV** : aliquit **P** | dicendi **P**^{2}**GHV** : discendi **P**^{1} || 13 me *vel delendum vel* mei *scribendum esse censet Mue., Philologus 17, 1861, 103; at cf. Phil. 9, 6; de or. 2, 16; Tusc. 1, 16* | tam **PG** : *om.* **H** || 14 vosquae **P**^{1} || 15 nobiles **GHV** : nobilis **P** | vestrorum **HG**^{2} : vestrum **PG**^{1}**V** *fort. recte; cf. Phil. 4, 1* frequentia vestrum; *5, 2* consensus vestrum, *al.* || 19 sapientibus **P** : et sapientibus **GHV** | et bene *Naug.*^{2} : bene et **PGV** : bene a **H** || 20 discriptionem **PG** *cf. § 66 p. 37, 12* : descriptionem **H** : discriptione **V** | a **S** : *om.* **PGHV** *fort. recte; cf. We. 67, qui dativi usum ita explicat: 'discr. civ. quam maiores nostri sibi constituerunt'* || 21 regum **PGV** : regiam **H** || 22 consilium **PGV** : consulem **H** | senatus **PGHV** : *del. Kar. 8* | deligerentur **HG**^{2} : dilig- **P** : deleg- **G**^{1} : deligentur **V**

gerentur autem in id consilium ab universo populo aditusque in illum summum ordinem omnium civium industriae ac virtuti pateret. senatum rei publicae custodem, praesidem, propugnatorem conlocaverunt; huius ordinis auctoritate uti magistratus et quasi ministros gravissimi
5 consili esse voluerunt; senatum autem ipsum proximorum ordinum splendore confirmari, plebis libertatem et commoda tueri atque augere voluerunt.

Haec qui pro virili parte defendunt optumates sunt, cuiuscumque sunt **66 138** ordinis; qui autem praecipue suis cervicibus tanta munia atque rem
10 publicam sustinent, hi semper habiti sunt optumatium principes, auctores et conservatores civitatis. huic hominum generi fateor, ut ante dixi, multos adversarios, inimicos, invidos esse, multa proponi pericula, multas inferri iniurias, magnos esse experiundos et subeundos labores; sed mihi omnis oratio est cum virtute non cum desidia, cum dignitate non
15 cum voluptate, cum iis qui se patriae, qui suis civibus, qui laudi, qui gloriae, non qui somno et conviviis et delectationi natos arbitrantur. nam si qui voluptatibus ducuntur et se vitiorum inlecebris et cupiditatium lenociniis dediderunt, missos faciant honores, ne attingant rem publicam, patiantur virorum fortium labore se otio suo perfrui. qui autem bonam **139**
20 famam bonorum, quae sola vere gloria nominari potest, expetunt, aliis otium quaerere debent et voluptates, non sibi. sudandum est iis pro communibus commodis, adeundae inimicitiae, subeundae saepe pro re

13–15 sed mihi oratio est ... voluptate *Schol.*

1 autem **PHG**[2] : hoc **G**[1]**V** || 2 industri(a)e **PGV** : industria **H** | virtuti **PGV** : virtute **H** || 4 hordinis **P** | auctoritate uti (ut **V**) **PGV** : verti auctoritate **H** (*unde* veteri auct. *e. g. R-I-12*) : auctoritate niti *Probst 354* | mimistros **P**[1] || 5 consilii **PGH** | autem **PHG**[2] : hoc **G**[1]**V** || 6 splendore confirmari **PGHV** *cf. Reid ap. Holden 276* : splendorem confirmare *Ba. 131* | et **PH** : *om.* **GV** | augere **G**[2] : augeri **PG**[1]**HV** || 8 virili **PGV** : viri **H** | optumates **PGV** : optimatis **H** || 9 autem **PH** : haec **G** : hoc **V** || 10 sustinent **H** *We. 68* : sustineant **PGV** *Gaffiot 109* | optimatium **GHV** : optumatumatium **P** || 11 ut ante dixi *om.* **H** || 13 iniurias **S** : invidias **PGHV** : insidias *Naug.*[2] | experiundos **GHV** (*sed* **V** *ita*: experiundos esse) : experiendos **B** : expiundos **P** | et subeundos *del. Kimm. 60; at cf. A. Kl.* || 14 omnis **PGHV** : *om. Schol.* | oratio est **GHV** : oratiost **P** || 15 iis **PG** : his **H** : is **V** || 16 conviviis **GHBV** : conviis **P** | delectationi **PHG**[2]**V** : delectatione **G**[1] || 17 ducuntur **PG** : dicuntur **V** : dicantur **H** | et se vitiorum (-cio- **H**) **PH** : esse vitiorum et se (si **V**) **GV** | cupiditatium **P**[2]**GV** : cupiditateum **P**[1] : cupiditatum **H** || 18 dediderunt **PHG**[2]**V** : dederunt **G**[1] | faciant **PHV** : fatiant **G**[2] : fatiunt **G**[1] | ne **PGV** : nec **H** | rem p. **PGV** : re p. **H** || 19 patiantur **HG**[2]**V** : paciantur **P** : patiuntur **G**[1] | virorum ... perfrui] viros laborum patientes frui **H** | labore **P** : labores **GV** | autem **PHG**[2] : hoc **G**[1]**V** || 20 sola vere (vera **V**) **PGV** : vere sola **H** || 21 voluptates **PHG**[2]**V** : voluptatis **G**[1] | sudandum **PHG**[2]**V** : subdandum **G**[1] || 22 pro **PHV** : *om.* **G**

publica tempestates, cum multis audacibus, inprobis, non numquam etiam potentibus dimicandum. haec audivimus de clarissimorum virorum consiliis et factis, haec accepimus, haec legimus. neque eos in laude positos videmus qui incitarunt aliquando populi animos ad seditionem, aut qui largitione caecarunt mentes imperitorum, aut qui fortis et claros 5 viros et bene de re publica meritos in invidiam aliquam vocaverunt. levis hos semper nostri homines et audaces et malos et perniciosos civis putaverunt. at vero qui horum inpetus et conatus represserunt, qui auctoritate, qui fide, qui constantia, qui magnitudine animi consiliis audacium restiterunt, hi graves, hi principes, hi duces, hi auctores huius dignita- 10 tis atque imperi semper habiti sunt.

67 140 Ac ne quis ex nostro aut aliquorum praeterea casu hanc vitae viam pertimescat, unus in hac civitate, quem quidem ego possum dicere, praeclare vir de re publica meritus, L. Opimius, indignissume concidit; cuius monumentum celeberrumum in foro, sepulcrum desertissumum in litore 15 Dyrrachino relictum est. atque hunc tamen flagrantem invidia propter interitum C. Gracchi [semper] ipse populus Romanus periculo liberavit; alia quaedam civem egregium iniqui iudici procella pervortit. ceteri vero aut repentina vi perculsi ac tempestate populari per populum tamen ipsum recreati sunt atque revocati aut omnino involnerati inviolatique 20 vixerunt. at vero ii qui senatus consilium, qui auctoritatem bonorum, qui instituta maiorum neglexerunt et imperitae aut concitatae multitudini iucundi esse voluerunt, omnes fere rei publicae poenas aut prae-

14 L. Opimius . . . concidit *Schol.*

1 audacibus ⟨et⟩ *Reid in ed. academicorum, Londinii 1885, ad 1, 23* multorum magnorumque || 2 audivimus **GH** : audimus **PV** || 7 hos (*ex* os **P**[2]) semper nostri homines **P** : semper hos nostri omnes **GV** : hos semper **H** | civis **H** : cives **PG** || 8 et conatus represserunt **PGV** : represserunt et conatus **H** || 9 fide **PHG**[2]**V** : fidem **G**[1] || 10 restiterunt **P**[2]**GHV** : restituerunt **P**[1] | dignitatis **PGV** : ordinis et dignitatis **H** : civitatis *Gul., We. 59; at cf. de aere alieno Mil., fr. VIII b (Schol. Bob. p. 171, 27 St.)* eiciundus est ex urbe civis, auctor et custos salutis, otii, dignitatis, fidei || 11 atque **PGHV** : *del. Reid ap. Holden 251* | imperii **PGH** | semper **P**[2]**BH** : semperii semper **P**[1] : sempiterni semper **GV** | habiti sunt **P**[2]**GHV** : abitiunt **P**[1] || 12–18 ac . . . egregium *om.* **H** || 13 hac **P**[2]**GV** : ac **P**[1] | civitate **GV** : vitate **P** | possum **PGV** : possim *ed. Asc., Mdv.*[2] *391; sed cf. Ba. 134* || 14 de **PV** : *om.* **G** | indignissume **P**[2] : -ime *Schol.* **P**[1]**G** || 15 foro **GV** : phoro **P** | desertissumum **G**[1] : -imum **PG**[2] | litore **PV** : littore **G** || 16 atque **P** : at **G** : aut **V** | flagrantem **P**[1]**GV** : flagrante **P**[2]**B** || 17 semper *del. C. F. Hermann* : *ex adscripto* Sempr. *natum esse putat Eb.* : *tamquam oratorie a Cicerone ipso adiectum def. Kimm. 33* || 18 alia **P**[2]**GV** : ali **P**[1] | iniqui iudicii procella **PGV** : et si quos eorum aut iniqui iudicii quaedam procella **H** | ceteri vero **PGV** : *om.* **H** || 19 aut . . . populari] aut aliqua repentina vis ac tempestas perculit popularis **H** || 21 ii **PG** : hi **H** : hy **V** || 22 neglexerunt **GHV** : neclexerunt **P** || 23 omnes **P**[2]**GHV** : omne **P**[1]

senti morte aut turpi exilio dependerunt. quod si aput Atheniensis, ho- 141
mines Graecos, longe a nostrorum hominum gravitate diiunctos, non
deerant qui rem publicam contra populi temeritatem defenderent, cum
omnes qui ita fecerant e civitate eicerentur, si Themistoclem illum, con-
5 servatorem patriae, non deterruit a re publica defendenda nec Miltiadi
calamitas, qui illam civitatem paulo ante servarat, nec Aristidi fuga,
qui unus omnium iustissimus fuisse traditur, si postea summi eiusdem
civitatis viri, quos nominatim appellari non est necesse, propositis tot
exemplis iracundiae levitatisque popularis tamen suam rem publicam
10 illam defenderunt, quid nos tandem facere debemus, primum in ea
civitate nati unde orta mihi gravitas et magnitudo animi videtur,
tum in tanta gloria insistentes ut omnia humana leviora videri debeant,
deinde ad eam rem publicam tuendam adgressi quae tanta dignitate est
ut eam defendentem occidere optabilius sit quam oppugnantem rerum
15 potiri?

68 142 Homines Graeci quos antea nominavi inique a suis civibus damnati
atque expulsi tamen, quia bene sunt de suis civitatibus meriti, tanta ho-
die gloria sunt non in Graecia solum sed etiam apud nos atque in ceteris
terris, ut eos a quibus illi oppressi sint nemo nominet, horum calamitatem
20 dominationi illorum omnes anteponant. quis Carthaginiensium pluris
fuit Hannibale consilio, virtute, rebus gestis, qui unus cum tot impera-
toribus nostris per tot annos de imperio et de gloria decertavit? hunc sui
cives e civitate eiecerunt; nos etiam hostem litteris nostris et memoria

1–2 quod aput ... Graecos *Schol.* || **5–6** nec ... calamitas *Schol.* || **6** neque Aristidi fuga *Schol.* || **20** (quis Carthaginiensium ...) *cf. Val. Max. 5, 3 ext. 1* || **20–21** quis ... Hannibale *Arusianus Messius, GL VII 499, 9* || **22–23** hunc ... eiciuntur *Schol.*

1 dependerunt **PGV** : deprehenderunt **H** | quod si **PGHV** : quod *Schol.* | aput *Schol.* : apud **BGHV** : apud apud **P** | atheniensis **P**[2]**G** : -es *Schol.* **HV** : atheniens **P**[1] || **2** diiunctos **PH** : disiunctos **G** : coniunctos **V** || **3** deerant **GHV** : de*erant **P** || **4** fecerant **PGV** : fecerunt **H** || **5** Miltiadi *Schol.* : miltiadis (-cia- **P**) **P**[1]**GV** : melciadis **P**[2] : melchiadis **H** || **6** servarat **P**[2]**GHV** : servaret **P**[1] | nec **PGHV** : neque *Schol.* | Aristidi *Schol.; cf. fin. 2, 116* : aristidis **PGHV** || **7–10** si ... defenderunt *om.* **H** || **9** levitatisque **P**[2]**GV** : et levitatis quae **P**[1] || **10** illam **PGV** : illi *Ba. 135* | quid **PG**[2] : qui **G**[1] : quis **V** || **12** insistentes **PHG**[2]**V** : insistens **G**[1] || **13** eam **PHG**[2]**V** : eum **G**[1] || **14** optabilius *Schue., Mdv.*[2] *393 adn. 1* : *ñ aliud **P** : non (ñ **H**) aliud **GHV** : optatius *Pet.*[1] *270* : nobilius *Herm.*[1] *576* : melius *Ba. 135* : maius *Mdv.*[2] *391* : honestius *Sey.*[1] *66* : satius *Or.*[2] : sanctius *Kindscher*[1] *890* : laudabilius *Mue., alii alia* || **16** inique **P**[2]**GV** : iniquae **H** : ique **P**[1] || **17** bene *ante* meriti *transp.* **H** || **19** oppressi sint **PG** : oppressi sunt **HV** *We. 68* || **20** carthaginiensium **PG**[2] : carta- **G**[1] : karta- **V** : carthaginensium **H** || **21** hannibale *Arus.* **P**[2]**GH** : annibale **P**[1] *de ponenda vel omittenda in hoc nomine aspiratione cf. O. Jahn in ed. Flori, Lipsiae 1852, XXXII* || **21–22** tot ... per *om.* **H** || **22** et **PGV** : *om.* **H** | de[2] **PH** : *om.* **GV** || **23** eiecerunt **PGHV** : eiciuntur *Schol.* | nos **GHV** : vos **P**

143 videmus esse celebratum. qua re imitemur nostros Brutos, Camillos, Ahalas, Decios, Curios, Fabricios, Maximos, Scipiones, Lentulos, Aemilios, innumerabiles alios qui hanc rem publicam stabiliverunt. quos equidem in deorum immortalium coetu ac numero repono. amemus patriam, pareamus senatui, consulamus bonis; praesentis fructus neglegamus, posteritatis gloriae serviamus, id esse optumum putemus quod erit rectissimum, speremus quae volumus, sed quod acciderit feramus, cogitemus denique corpus virorum fortium magnorum⟨que⟩ hominum esse mortale, animi vero motus et virtutis gloriam sempiternam, neque hanc opinionem si in illo sanctissimo Hercule consecratam videmus, cuius corpore ambusto vitam eius et virtutem inmortalitas excepisse dicatur, minus existimemus eos qui hanc tantam rem publicam suis consiliis aut laboribus aut auxerint aut defenderint aut servarint esse inmortalem gloriam consecutos.

69 144 Sed me repente, iudices, de fortissimorum et clarissimorum civium dignitate et gloria dicentem et plura etiam dicere parantem horum aspectus in ipso cursu orationis repressit. video P. Sestium, meae salutis, vestrae auctoritatis, publicae causae defensorem, propugnatorem, actorem, reum; video hunc praetextatum eius filium oculis lacrumantibus me intuentem; video ⟨T.⟩ Milonem, vindicem vestrae libertatis, custodem salutis meae, subsidium adflictae rei publicae, extinctorem domestici latrocini, repressorem caedis cotidianae, defensorem templorum atque tectorum, praesidium curiae, sordidatum et reum; video P. Lentulum, cuius ego patrem deum ac parentem statuo fortunae ac nominis mei ⟨et⟩ fratris liberorumque nostrorum, in hoc misero squalore et sordibus; cui

25 – p. 77, 2 cui . . . dederit *Schol.*

2 curios **PG** : curos **H** : *om.* **V** || 4 coetu **P** : caetu **GH** : cetu **V** | pareamus $\mathbf{P}^{2}$ **HV** : pereamus **G** : paremus $\mathbf{P}^{1}$ || 6 optumum **GH** : optimum **P** || 7 qu(a)e **PGV** : quod **H** | volumus sed quod (-mus sed *in ras. et* quod *sscr.* $\mathbf{P}^{2}$) $\mathbf{P}^{2}$**H** : volumus quod **GV** || 8 magnorumque **S** : magnorum **PGHV** || 9 motus **PGHV** : motum *Dietrich 516* || 11 vitam **PH**$\mathbf{G}^{2}$**V** : viam $\mathbf{G}^{1}$ | inmortalitas **G** : imm- **PH** | dicatur **PGV** : dicitur **H** *sed cf. Mdv.² 393* || 12 existimemus **PGV** : existemus **H** | aut **PGHV** *cf. We. 68* : ac *Or.¹* : et *Reid ap. Holden 256* || 13 auxerint . . . defenderint . . . servarint **PGHV** : auxerunt . . . defenderunt . . . servarunt ς *We. 68, Ba. 136* || 14 consecutos **PGV** : consecuturos **H** *Lb.¹* || 16 dicentem $\mathbf{P}^{2}$**GHV** : ticentem $\mathbf{P}^{1}$ || 18 actorem **P** : auctorem **GHV** *sed cf. Ba. 51* || 20 T. *add. Heine, Eb.* | vestrae libertatis **PG** : nostre libertatis **V** : libertatis vestrae **H** || 22 latrocinii **PGH** | cotidianae **P**$\mathbf{G}^{1}$**H** : cottidiane **V** : clodianae $\mathbf{G}^{2}$ || 24 deum ac **PGHV** : eundem *Reid ap. Holden 256; sed cf. A. Kl., Rhein. Mus. 68, 1913, 481 adn. 3* || 24–25 mei et fratris **H** : mei fratris **P** : fratris mei **GV** || 25 liberorumque nostrorum *Ha.²* : eorumque nostrorum $\mathbf{P}^{1}$**GV** : $\overset{r}{e}$orumque (eroumque **B**) nostrorum $\mathbf{P}^{2}$**B** : rerumque nostrarum **H**

superior annus idem et virilem patris et praetextam populi iudicio togam
dederit, hunc hoc anno in hac toga rogationis iniustissimae subitam acer-
bitatem pro patre fortissimo et clarissimo cive deprecantem. atque hic **145**
tot et talium civium squalor, hic luctus, hae sordes susceptae sunt prop-
5 ter unum me, quia me defenderunt, quia meum casum luctumque do-
luerunt, quia me lugenti patriae, flagitanti senatui, poscenti Italiae, vo-
bis omnibus orantibus reddiderunt. quod tantum est in me scelus?
quid tanto opere deliqui illo die cum ad vos indicia, litteras, confessiones
communis exiti detuli, cum parui vobis? ac si scelestum est amare pa-
10 triam, pertuli poenarum satis; eversa domus est, fortunae vexatae,
dissipati liberi, raptata coniunx, frater optumus, incredibili pietate,
amore inaudito maximo in squalore volutatus est ad pedes inimicissimo-
rum; ego pulsus aris, focis, deis penatibus, distractus a meis, carui
patria, quam, uti levissime dicam, certe dilexeram; pertuli crudelitatem
15 inimicorum, scelus infidelium, fraudem invidorum. si hoc non est satis, **146**
quod haec omnia deleta videntur reditu meo, multo mihi, multo, inquam,
iudices, praestat in eandem illam recidere fortunam quam tantam in-
portare meis defensoribus et conservatoribus calamitatem. an ego in hac
urbe esse possim his pulsis qui me huius urbis conpotem fecerunt? non
20 ero, non potero esse, iudices; neque hic unquam puer, qui his lacrumis
qua sit pietate declarat, amisso patre suo propter me me ipsum incolu-
mem videbit nec, quotienscumque me viderit, ingemescet ac pestem
suam ac patris sui se dicet videre. ego vero hos in omni fortuna, quae-
cumque erit oblata, conplectar, nec me ab iis quos meo nomine sordidatos

2 rogationis . . . subiit acerbitatem *Schol.*

1 praetextam *Schol.* **P^{2}GHV** : praetextum **G^{1}** ‖ 2 toga **P^{2}GHV** : togam **P^{1}** | subitam **P^{2}GHV** : sibitam **P^{1}** : subiit *Schol.* ‖ 4 talium **P^{2}GHV** : alium **P^{1}** ‖ 5 quia^{2} **P^{2}GH** : qui **P^{1}V** | luctumquae **P^{1}** ‖ 7 orantibus **GHV** : or*antibus **P** ‖ 8 tanto opere **PG^{1}** : tantopere **HG^{2}V** | illo **P^{2}B** *We. 68* : illo lolo **P^{1}** : illo illo **GHV** | indicia **PH** : *om.* **GV** ‖ 9 exitii **PG** : -cii **H** ‖ 11 raptata **PV** : rapsata **G** : rapta **HG^{2}** | coniunx **GHVP^{3}** : coniux **P^{1}B** ‖ 13 deis **P** : diis **G** : de his **H** : dis **V** | distractus **PHG^{2}V** : distractis **G^{1}** ‖ 14 uti **GHV** : ut **P** | certe dilexeram *Mdv.^{2} 393* : certadeie|texeram **P^{1}** : certa detexeram **P^{2}B** : certo detexeram **G** : certe texeram **H** : certe dextram **V** : [certa die] texeram *Novák^{2}* : corpore texeram *Koch^{3} 386 cl. Att. 7, 23, 1* : certe protexeram *Pet.^{1} 271* : certe defenderam *R. Kl.* : certe a caede texeram *Ha.^{1}* : certe erexeram *We. 61* : ab interitu retraxeram *Sey.^{3} 700* : certando texeram *Wimmel^{2}* : dete⟨cta coniuratione prote⟩xeram *Syd.^{2} 160* : testudine texeram *Kindscher^{2}* ‖ 16 deleta **PH** : dele*ta (-c- *eras.*) **G** (*cf.* videntur delecta **V**) | reditu **GH** : re*ditu **P** ‖ 17 eandem **GHVB** : eadem **P** | reccidere *Zie. 179* ‖ 20 unquam **H** : um- **PG** ‖ 21 incolumem **P^{2}** : incolomem **P^{1}** : incolumen **GH** : incolum est **V** ‖ 22 nec **P** : et **GHV** | quotienscumque **GHV** : cotienscumque **P** | ingemescet **PG^{1}V** : ingemiscet **HG^{2}** ‖ 23 se **P^{1}** : sese **P^{2}H** : esse **GV** | hos *cod. Paris. 7779, C. F. Hermann* : vos **PGHV** (*sed* **V** *ita*: vos vero) : eos *Mdv.^{2} 393* ‖ 24 nec **H** : ne **PGV** | iis **PGV** : his **H** | sordidatos **PHV** : sorditados **G^{1}** : sordidados **G^{2}**

videtis unquam ulla fortuna divellet, neque eae nationes quibus me senatus commendavit, quibus de me gratias egit, hunc exulem propter me
147 sine me videbunt. sed haec di immortales, qui me suis templis advenientem receperunt stipatum ab his viris et P. Lentulo consule, atque ipsa res publica, qua nihil est sanctius, vestrae potestati, iudices, commiserunt. vos hoc iudicio omnium bonorum mentes confirmare, inproborum reprimere potestis, vos his civibus uti optumis, vos me reficere et renovare rem publicam. qua re vos optestor atque obsecro ut, si me salvom esse voluistis, eos conservetis per quos me recuperavistis. 5

1 unquam **H** : um- **PG** || 3 di **P** : dii **GHV** || 4 p. lentulo consule **PGV** : p. lentulus consul **H** || 5 potestati **P**[2]**GHV** : potestate **P**[1] | iudices **PGV** : *om.* **H** | commi*serunt **P** || 6 hoc **PG**[1]**HV** : autem **G**[2] | inproborum ⟨impetus⟩ *Probst 354* || 7 potestis **P**[2]**GHV** : potestates **P**[1] || 8 rem p. **PGV** : rem p. potestis **H** || 9 me **GHV** : me** **P** || *subscr.* M· TVLLII· CICERONIS· PRO· P· SESTIO EXPLICIT **P** : Explicit or(ati)o **V** : *om.* **GH**

INDEX NOMINVM

Fasc. 18. Oratio pro L. Murena

Herausgegeben von H. Kasten, Hamburg
3. Aufl. (2., verbesserte Ausgabe der Aufl. von 1932)
X, 48 Seiten. Kartoniert DDR 3,60 M; Ausgabe 3,60 DM
Bestell-Nr. 6656152 – Kasten, Cicero 18 lat.

Fasc. 21. Cum senatui gratias egit. Cum populo gratias egit. De domo sua. De haruspicum responso

Herausgegeben von T. Maslowski, Los Angeles
XXXIX, 126 Seiten. Leinen DDR 39,– M;
Ausland 39,– DM
Bestell-Nr. 6660231 – Maslowski, Cicero 21 lat.

Fasc. 25. Pro Cn. Plancio. Pro C. Rabirio Postumo

Herausgegeben von E. Olechowska, Montreal
XXXII, 73 Seiten. Leinen DDR 26,– M; Ausland 26,– DM
Bestell-Nr. 6660223 – Olechowska, Cicero 25 lat.

Fasc. 25 a. Pro Scauro

Herausgegeben von E. Olechowska, Montreal
XVII, 32 Seiten und 7 Abbildungen im Anhang
Leinen DDR 16,– M; Ausland 16,– DM
Bestell-Nr. 6661824 – Olechowska, Cicero 25 a lat.

Claudianus. Carmina

Herausgegeben von J. B. Hall, London
XXVIII, 454 Seiten
Leinen DDR 119,– M; Ausland 119,– DM
Bestell-Nr. 6662392 – Hall, Claudianus lat.